BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
2M B
16

Q V
17

~~[illegible]~~

[redacted]

Maphei Albertini Veronensis

14-25.8.10

Interitui nam et sui dij
sunt.

MAXIMI TYRII PHI loſophi Platonici Sermones ſiue Diſputationes XLI.

EX COSMI PACCII ARCHI-*epiſcopi* *Florentini interpretatione,*

Ab Henrico Stephano quamplurimis in locis emendata.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



EX OFFICINA HENRICI Stephani Pariſienſis typographi.

AN. M. D. LVII.

COSMI PACCII ARchiepiſcopi Florentini præfatio in Sermones Maximi Tyrii philoſophi Platonici, è Græca in Latinam linguam à ſe verſos, ad Iulium II. Pont. Max.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

s EQVOR eorum exemplum, Pontif. Max. qui quum ex inſita quadam mortalibus curioſitate remotiſſimas gentes adierint, vbi ſoſpites ad ſuos reuerſi ſunt, nequaquam ſatis habent verbis atque hiſtoria tantùm peregrinationem ſuam teſtari, niſi etiam ex eis locis noui aliquid ac peregrini ſuorum ciuium oculis attulerint: in quo non ipſi ſolùm, qui peregre fuerunt, conſpectarum rerum memoriam ſeruẽt, ſed etiam ii qui domi remanſerunt, iucunditatem aliquam deguſtent nouitatis. Ego enim peregre profectus, propterea quòd aliquandiu vel à Latinis vel à Diuinis lectionibus aberrans, cum Græcis ac Gẽtilibus philoſophis, ad quos me cu-

rioſitas fortè deuexit, verſatus ſum (quod quidem eſt homini Latino, ac Chriſtiano ſacerdoti, inſtar longinquæ peregrinationis) refero nimirũ tibi, Chriſtianæ reip. principi ac parenti, de philoſophia Gentili exiguum hoc munus: quod ſimul peregrinationem hanc non inanem fuiſſe, ſimul etiam deuotionem erga te meã perpetuò teſtetur. Falli equidem poſſum Pont. Max. vel vt inſipiens, quod non diffiteor: vel etiam, vt ebrius eius lectionis, atque huius ſcriptoris, à quo me captum ac delinitum ſentio. Sed mehercle ita opinor, haud ingratum haúdque ineptum munus tibi ac bibliothecæ illi tuæ quam paras, electiſſimæ, ex hoc noſtro errore aduectum eſſe. Quæris tandem quod munus? Maximus eſt Tyrius, Græc⁹ author, veteris illius philoſophiæ, ſed Platonis præcipuè, ſectator: noſtra opera nuper in Latinum aſcitus. de quo, quantum ad hiſtoriam pertinet, pauca hæc paucíſque in locis comperimus teſtata: quòd ſcilicet Libycus, vetuſta origine, quòd Commodi tẽporibus Romanus ſenator, quòd orator vehemens, quòd veteris philoſo-

phiæ probator fuerit. tantundem enim propè ex Ariſtidis orationibus atque ex Suida accepimus. Is de variis quæſtionibus ad multas philoſophiæ partes pertinentibus, perpetuæ orationis compoſuit ſermones, in vnum & quadraginta libellos diſtributos: dignos profectò mihi viſos, qui in notitiam tuam, Pót. Maxime, omnis author ſapientiæ, deinde Latinorum cũctorum ederentur. Verumenimuero quũ curare in primis oporteret ne philoſophus hic nobilis, diues, ac ſuorum temporum, in eloquentia ac ſapientia (ſi ipſi ſi credas) facilè princeps, maieſtatem tuam ac cæteros Latinos aditurus, minore eloquii gloria accederet, quàm olim inter ſuos verſaretur: mea tamen inopia non tulit vt huic quicquam aliud præter interpretationis fidem præſtare poſſem: quo Latinus futurus ſatis poſſet integram ac veterem illam ſuam tueri dignitatem. Quapropter operam dedi vt quantum ad fidem interpretationis attineret, ne vel exemplarium mira paucitas (vix enim inuenimus duo) vel eorũ vitia, quæ paſſim ac frequentiſſima oc-

currerunt:eáque nō ita à nobis omnia ſanata vt adhuc in interpretatione noſtra nō appareant vulnera) vel ſcriptoris huius remotiſſimi conceptus officerēt multum ad ipſius habendum veritatem. In cæteris verò idem ferè ſeruaui quod in regenerandis per lauacrum infidelibus obſeruat Eccleſia: vt eum ſcilicet Gentiles pompas abnegare iuberem, ſatis habiturum ſi relicto eloquii ſplendore cæteríſque eloquentiæ fucis, ſenſus duntaxat puritatem ac ſapiētiæ vim vnà cum imagine quadam tenui veteris ſui nitoris è Græcia ſecum in Latium deferret. Veruntamen ille ita, meo iudicio, ſapientia abundat, vt etiam Atticiſmi ornatu ſpoliatus, doctis tamen ac ſapientibus viris in hoc tenui pallio, ſatis amplitudinem ſuam probare poſſit. Eius enim ſermones ſublimem quandam indicant mentem, diuina illa Platonis atque Homeri ambroſia ſaturatam: mirum hominis ſtudium, veteris atque integræ philoſophiæ ſeruandæ: acre prætérea ingeniū: Horatianū mehercle dixerim, inuentionibus, figuris, exemplis ac tralationibus

ſcatens: de quo vix iudices, vtrũ magis il lud ad oratoriam an ad poeticen vergat. Summum quoque iudicium: maximam in omni genere literarũ eruditionem ac ſcientiam. orationem quæ nihil dormitans aut otioſum admittat: quæque vel breuitate, vel ſententiarum nouitate, vel cuiuſlibet rei proprietate, vel varietate lectionis, ſatietatem diſcutiat, attentionem requirat atque inuitet. Habet enim hic ſcriptor neſcio quid quod ex cunctis philoſophiæ partibus temperatum, oraculum magis quàm orationem imitetur. Connumeres præterea inter eius virtutes, exactam quampiam argumentandi peritiam ac vim. verùm pro ingenii ſui magnitudine, vulgaribus abſconditam, claram tamen ac perſpicuam eruditis ac doctis, miróque artificio conſtructam. quæ nequaquã ſpectare videtur vt auditoris extorqueat aſſenſum, ſed potius docilitatem ac perſuaſionem pro veræ ſapientiæ ſtudio venetur. Dicerẽ pro eius merito plura: verùm vt ille aliquo in loco ad Homerum laudandum nihil potius habet quàm vt Homeri ipſius car-

minibus vtatur:ita etiam ego pro huius laudatione potius habeo nihil,quàm ſuū illum triceſimumſeptimum ſermonem allegare: in quo clariſſimè patet quàm ipſe de ſe ſentiat magnificè, quàm etiam cæteros ſentire velit. Quum enim veriſſimè de laudibus ſuis ipſemet,ſed tamen neceſſariò,loquatur,neceſſitatem profectò mihi demit, aut ipſum (vt par erat) pro dignitate ſua,aut munus hoc noſtrū quod amplitudine tua multo inferius, commendationem aliquam poſcebat, verbis ornandi. Itaque laudibus cæteris omiſſis,ſi quæras Pontif. Max. quid me præcipuè præter hæc omnia impulerit vt philoſophi huius ſermones tibi ac bibliothecæ tuæ conciliarem,probaſſe me ſcito in primis piam in eis ſapientiā, vtpote Platonis Academiæ alumnam, ac perfectionis pediſſequam Chriſtianæ:dignam profectò quæ à ſacerdote Chriſtiano peregre reuerſo, pro peregrinationis indicio, ad ſacerdotum parentem dono referretur. Dein quòd compēdio loquitur ac ſtatuit de pulcherrimis atque altiſſimis philoſophiæ quæſtionibus:quas

coniectas in capita,ea mehercle ſuauita-
te, varietate, ac breuitate, pro ingenio
ſuo, condîuit: vt non procul ab officio
fore cenſuerim, vt,ſi fortè eſuriens ani-
mus tuus, repudiatis ſolitis eſcis, externi
aliquid cuperet, paratas haberet has of-
fas,quæ vno hauſtu voratæ,lectionis re-
ficerēt guſtum, mirificéque inſtaurarēt
firmitatem. Quid enim aliud indicat do
meſticæ iſtius bibliothecæ deſignatio?
quid gymnaſii publici conſtructio?quid
doctorum aliquorum familiaritas atque
vſus?niſi te inter tumultus bellorum in-
gētes(in quos neceſſitas dignitatis Apo-
ſtolicæ tuendæ te cōiecit)inter tot egre-
gias partas victorias,inter cogitationes,
cōſilia,tractatúſque quos habes frequen
tiſſimos de Chriſtianorū concordia ac
pace,ac delendo infideliū nomine, inter
magnificētiſſimas illas templorū atque
ædium conſtructiones,inter hæc omnia
in quibus animi tui vigor eniteſcēs pro-
priam ac peculiarē poſcit laudationem,
cōſulto à nobis in alium locū reſeruatā:
Quid, inquā,aliud indicant,niſi te inter-
dū remiſſionem animi quærere,honeſtū

diligere otium,ac philoſophiæ deſiderio teneri?Fuit igitur officii mei (qui dignatione ac beneficio tuo,ſacerdotio patriæ Eccleſiæ ornatus,vacationem à negotiis tuis,quorum me aliquandiu miniſtrum habuiſti,ſum adeptus)viciſſim tibi nunc pro otio accepto, ſi non par otium liceret, otii ſaltem curare inſtrumentum. Cuius ſi te faſtidium minimè ceperit, (quod quidē humanitas tua pollicetur) vberiorem poſthac operam ad huiuſmodi obſequium expecta. In qua ſi non ingenium ac ſapientiam laudabis(id enim Pont. Max. non poſtulo)piam profectò voluntatem ac ſtudium, gratitudinémque animi mei tibi & Apoſtolicæ ſedi debitam laudabis.

PETRVS PACCIVS viris literatis S.

QVVM Maximus Tyrius philoſophiæ Platonicæ egregius aſſertor, vitio temporum diutiſſimè latuiſſet, tam Græcis ſuis, quàm Latinis ignotus: occurrit ei diuinitus Ianus Laſcaris, vt eſt antiquitatis ſolertiſſimus indagator, qui eum non ſolùm è tenebris eruit (ipſum enim iampridem in Italiam ad Laurentium Medicen auunculum meum, inter multos alios libros ipſius Laurentii munificentia ad lucem eductos, è Græcia attulit) verùm vt & Latinos noſtros iuuare poſſet, Coſmo Paccio fratri meo, vt Latinum faceret, perſuaſit: aſſerens gratum fore ac iucundum munus id Latinis omnibus, propter nouum ac magnificum ſcribendi genus. Quod quum ei fœliciter ſucceſſerit, ita vt ſtudium eius & ab ipſo Laſcari, Zenobio, Acciaiolo, nonnulliſque aliis viris doctis probaretur, morte præuentus, librum, vt ſtatuerat, ædere non potuit.

Nos verò tam pietate fraterna ducti, quàm vt vobis, literarum ſtudioſi, gratificaremur, eum chalcographis dedimus excudendum. Cuius noſtri cõſilii rationem & vobis conſtare voluimus.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI, DE Coſmi Paccii à ſe edita interpretatione.

Coſmi Paccii interpretationẽ tibi do, lector, à me nõ quidẽ vt debuit (fateor) ſed tumultuariè, vt pro tẽpore potuit, emẽdatã. ad cuius magnas anguſtias hæ etiã maiores acceſſerũt: quòd quũ eius emendationi nonniſi inter legenda præparatoria ad impreſſionẽ folia vacare poſſem (qui in arte noſtra verſati ſunt, norunt quid velim) ſicubi alicuius ſentẽtiæ meã interpretationem in verſionis Paccianæ locum reponere volebam: ea quæ tollebam verba & verborum propemodũ ſyllabas numerare cogebar, vt totidem videlicet ex mea interpretatione in eorũ locum ſubſtituerẽtur: ne, ſi plura reponerem, eo ſpatio capi nõ poſſent: ſin pauciora, aliquid loci vacui remaneret. Quid facerem? quid verò aliud quàm quod feci? nimirum vt quos in eius interpretatione locos ex tẽpore emendare poterã, eos emẽdarem: eos in quibus hæſitabam, mihi in aliud tẽpus, aut alii cui plus otii ſuppeteret, relinquerem? Quanquam hoc affirmare auſim, quos incorrectos prætermiſerim locos, præ iis quos correxerim, eſſe pauciſſimos. ex quibus tamen & ipſis aliquot in calce operis caſtigaui, nimirum tot quot paginæ quæ vacabant, capere potuerunt. Vale, & labores meos boni conſule.

ARGVMENTA SERmonum Maximi Tyrii philoſophi Platonici.

QVID ſit Deus, ſecundum Platonem. Sermo 1.pagina.1
Vtrum referenda ſit iniuria. Sermo 2. pag.13
Vtrum exiſtente diuinatione, aliquid ſit in noſtra poteſtate. Ser.3.pag.21
Quomodo diſtinguatur amicus ab adulatore. Ser.4.pag.29
Vitam actiuam meliorem eſſe contemplatiua. Ser.5.pag.36
Vitam contemplatiuam meliorem eſſe actiua. Ser.6.pag.46
Vtrum rectè Plato de ciuitate ſua expulerit Homerum. Ser.7.pag.54
Qualis fuerit amatoria ars Socratis. I. Ser.8.pag.61
De eodem amore. II. Sermo 9. pag.72
De eodem amore. III. Ser.10.pag.78
De eodem amore. IIII. Ser. 11.pag.86.
Quòd omni ſuauitate loquendi melior

eſt philoſophicus ſermo. Sermo 12. pag.93
Quòd bellatores ciuitati vtiliores ſunt quàm agricolæ. Ser.13.pag.100
Quòd agricolæ vtiliores quàm bellatores. Ser.14.pag.107
Sermones optimoseſſe qui operibus cõſonent. Ser. 15.pag.113
Quid intendat Homerus. Sermo 16. pagina 120
An ipſa virtus ſit ars. Ser.17.pag.129
Quomodo quis ſe vindicet à dolore. Ser.18.pag.136
Quis ſit finis philoſophiæ. Sermo 19. pag.140
Cynici vitam potiorem eſſe. Sermo 20. pag.148
Vtrum circulares diſciplinæ conferant ad virtutem. Ser.21.pag.156
Num quis diuina ſorte bonus fiat. ſer. 22.pag.163
Bonum bono maius non eſſe. Ser.23. pag.171
Bonum bono maius eſſe. Sermo 24. pag.128
Quum deus bona agat,vnde mala. Ser.

25.pag.187
Quid ſit Socratis dæmon. 1. Sermo 26. pag.195
Quid ſit Socratis dæmon. 2. Sermo 27. pag.203
Vtrum diſciplinæ ſint reminiſcentiæ. Ser.28.pag.211
Vtri de diis melius tractarint, poetæ ne an philoſophi. Ser.29. pag.120
Vtrum orandus ſit Deus. Sermo 30. pag 227
De voluptate, quæ etſi bonum eſt,minimè tamen eſt firmum. 1. Sermo 31. pag.235
Quòd voluptas,etſi bonum, non tamen firmum. 2. Ser.32.pag.241
Quòd voluptas,etſi bonum ſit, attamen non firmum.3. Ser.33.pag.245
Quis ſit philoſophiæ finis. Sermo 34. pag.253
Quòd ex laboribus & infortuniis eſt vtilitatem accipere. Ser.35.pag.260
Quomodo quis ad amicum ſe habeat. ſer.36.pag.267
Omni ſubiecto philoſophicum conuenire ſermonem. Ser.37.pag.273

Vtrum diis dicāda ſint ſigna. Sermo 38. pagina 286
An rectè fecerit Socrates, qui noluerit vti apologia. Ser.39.pag.294
Quid ſit ſcientia. Ser.40.pag.300
Durioréſne ſint corporis an animi ægritudines. Sermo 41.pag.308

MAXIMI TYRII PHIloſophi Platonici Sermones, Coſmo Paccio interprete.

Quid ſit deus, ſecundum Platonem. Sermo I.

1 *QVVM de dæmonũ ambigitur natura, diſſerere de ea re tum ipſe auſim, tum aduerſantes facilè ſuſtineam. Neque enim aut grauiter eum peccare cenſuerim, aut etiam agere inſolenter, qui in eam ſecum ipſe dubitationem, aut aduerſus aliquem diſputationẽ ingrediatur, ſitne peritus dæmonum natura: ac, ſi ea eſt, quidnã maximè aut quãta ſit. quãdoquidẽ certum eſt nomen, tametſi latet ſubſtantia, potentiáque in ambiguo uerſatur. Nũc uerò quum de deo dicturus ſim, qualem ipſe me faciam? cuiuſmodi uerborum me elegantia muniero? aut unde ſatis claras appellationes comparabo? Quam præterea electi cantus concinnem harmoniam, ut aut mihi ipſe aut aliis oſtendere ualeam quod quæritur? Si enim eloquentiſſimus omnium Plato (quamuis ipſum Homero compараueris) haud aliàs unquam, neque etiã in præſentia, ſatis dignus eſt qui de deo loquens, ſibi uendicet fidem: ſed aliquod nihilominus deſiderium habet, aliunde ſuæ opinionis pernoſcendæ: fruſtra id dicere aggrediatur is qui anguſto ingenio utatur. Niſi fortè cuipiam uehementer ſitienti, præſentémque habenti limpidum amnem, qui copioſus aquarum, ſimul delectaret aſpectum, ſimul commodè præberet potum, fœcũdiſſiméque*

nutriret: nos aliunde ex inopi fonte cæteráque inferiori haurientes, ſufficientem potum afferre poſſe arbitremur. Qualem ſimilitudinem uidere licet in noctua, cuius quum interdiu in clariſſima ſolis luce caliget a-
2 *ſpectus, noctu tamen igniculi faculā aucupatur. Si quis enim in Platonis incidens ſermones meliores alios deſideret, putétque in eo micantem lucem, exilem admodum eſſe, minuméque claram: hic nunquam aut exorientem ſolem, aut refulgentem lunam, aut heſperum occidentem, aut luciferū præuenientem aſpexerit. Sed mane, amabo: iam iam enim meditor ſenſim, quæ ſit huius uis orationis: uenítque in mentem, eius imaginem rei in metallorum foſſoribus uideri poſſe: qui quum terram ipſi cædant, atque aurum effodiant: minimè tamen ſufficiunt ad auri naturam dignoſcendam, at reijcere negotium huiuſmodi oportet in eos qui igne aurū probant. Primùm nanque cum oratione Platonica congreſſum, auri prorſus metallo cuidam ſimilem eſſe exiſtimo. Quod ſequitur, aliam artem requirit, quæ perinde atque auri ruditatem igne, ita Platonis uerba ratione examinet ac purget: & quæ præterea ſincero ac probato eorum auro, id eſt puriſſimo ſenſu, ſciat uti. Si igitur, quemadmodum metallorum, ita etiam ueritatis comperimus uenam, eáque & diues & largiſſima exiſtens, aliam nihilominus artem expoſcit, quæ rudem (ut ita dicam) materiam excoquere poſſit: agedum eam artem aduocemus, ut nobis in præſenti ſermone quærentibus quid ſit, ex ſententia Platonis, diuina natura, ſuffragetur. Si igitur ars hæc uocalis effecta peteret ſubinde à nobis, utrum diuinitatem penitus tollen-*

tes, obtuſo prorſus ad omnem diuinitatis ſenſum ingenio, diſſertare uelimus an magis uel opinionem Platonis de deo, uel peculiarem aliquam, à qua Platonem diſſentire arbitremur, ſequamur: nunquid ita petenti reſpondebimus, propriæ cuidam nos opinioni inniti? &, ſi iterum petat cuiuſmodi ea ſit, addemus ſtatim, deum eſſe,

Incuruis humeris, nigrum, criſpóque capillo?

irridebitur meritò reſponſum ipſum: quamuis etiã deũ grandiori charactere exprimere nitamur, nigra ſcilicet habentem ſupercilia, auream cæſariem,

—qua terram, mare, ſydera voluit.

Ad hæc enim atque horum ſimilia philoſophi ſinguli diuinatione quadam accedunt: qui quum propter debilitatem aſpectus, explanationis inopiam, ac habitudinem mentis, diuinitatem comprehendere non poſſent,
3 *quam quiſque pulchritudinis ſpeciem concipere poterat maximam, ea diuinam naturam inſignibat. Si uerò artes in conſilium uoces, iubeáſque ſimul omnes uno decreto de ſubſtantia dei ſententiam ferre: cenſéſne aut pictorem, aut ſtatuarium, aut poetam, aut philoſophum diuerſa intellecturos? Sed nec Scytha, nec Græcus, nec Perſa, nec Hyperboreus diſſentiet: quum tamen alij aliter de rebus, nec idem, ſed diuerſa ſentire uideantur, quinetiam neque in ipſa boni malíue, turpis atque honeſti conſtitutione conueniant (quæ enim ad leges ac iuſtitiam pertinent, ſurſum ac deorſum feruntur, diuulſa undique ac diſtracta) ut nõ modò gens genti, ciuitas ciuitati, domus domui, uir uiro: ſed nec quis ſibi ipſi demum conſentiens ſit.*

Mens etenim humana eſt talis,qualē ipſe dietim
Iuppiter attulerit,hominū pater atque deorum.

*Veruntamen in tanta pugna, contentione ac diſſonan-
tia, nuſquam gentium cernere eſt aut leges aut ratio-
nes non in hoc ſaltē omnes conuenire, quòd unus deus,
princeps ac pater omnium exiſtat, cui multi deinde dij
deorúmque filii in principatus adminiſtratione ope-
ram nauent. Quod quidem haud ſolùm fatetur* Græ-
*cus, ſed & barbarus, ſed & inſularum & continentis
habitator: ipſi denique qui ſapientiam abnegant. ut
ſi uel ad* O*ceani litora acceſſeris, ibi quoque deos,
hos quidem propè orientes, illos uerò propè occiden-
tes, inuenias. Quid* Plato*? num unum hunc putes,
uel calculo, uel decreto ab his omnibus diſſentientem,
& non potius in tam pulcherrimo cantu uerißimæque
opinionis affectione, cæteris conſonum atque affectus
ſocium exiſtere? Quid hic eſt ſol? oculus reſpondet:
quid hæc ſunt tonitrua? aures reſpondent: eorum
tamen artificem deſiderant, artémque diuinatione aſ-
ſequuntur.* S*i uerò in uniuerſo æuo, duo aut ad ſum-
mum tres exorti fuerint (genus uidelicet hominum in-
ter mortales, dei expers, abiectum ac ſine ſenſu) quo-
rum oculos error, aures deceptio inuaſit, qui mutila-
tum animum, eúmque irrationalem, infœcundum ha-
buerunt, meticuloſo ſimiles leoni, excorni boui, atque
4 implumi aui: etiam ab huiuſmodi hominum genere,
dei mentionem fieri audies. nam & nolentes ſciunt,
& fatentur inuiti. licet ab eo dempſeris bonum, ut fa-
cit* Leucippus*: addideris ſocietatem affectionis, ut* De-
mocritus: naturam permutaueris, ut Straton*: uolu-*

ptatem conceſſeris, ut Epicurus: nullum eſſe dixeris, ut Diagoras: quædam ignorare uelis, ut Protagoras. Hos quidem omnes ualere ſinemus, qui facultatem non habuerunt integram ac firmam ueritatis attingendæ, ſed ad eam incertis atque errantibus ſemitis feruntur. Quid igitur faciamus huiuſmodi uiris? aut quid dicamus? quum per illos ex obliquo dei ueſtigia conſpicati ſimus, nullis tamen ſimulachris occurrerimus? Ipſe quidem Vlyſſes, quum ad ignotam terram acceſſiſſet, in ſpeculam aſcendens, incolentium mores ſcrutabatur,

Num fera gens, nulláſque vnquã mollita per artes:
Iuſtitiámne colunt, & ſancti iura verentur
Hoſpitii, ac numen cæleſtum mente capeſſunt?

Nos uerò nequaquam audebimus, ratiocinationem noſtram in ſublimem aliquam animi ſpeculam attollentes, eo propoſito indagare deum, ut quem ille locum incolat, quámue habeat naturam, inueniamus: ſed contenti erimus ſiquid in eum liceat allucinanter inſpicere? O utinam oraculi cuiuſpiam copia detur, ſiue illud Iouis, ſiue Apollinis ſit, nequaquam dubia ac flexiloqua loquentium. non illos ſanè conſulerem de lebete, quemadmodum Crœſus regum omnium ſtultiſſimus, & coquorum infœliciſſimus: neque de dimenſione maris aut arenarum numero peterem. Contemnerem præterea grauiora eiuſmodi rogare: irruentibus Medis, patriam quomodo defendam. quaſi, tacente etiam deo, non habeam triremes. Siciliam concupiſco: capiámne? quaſi haud inuito numine, frequens Sicilia reſiſtere non poſſit. Mihi quidem, aut ex Delphis,

de Ioue reſpondeat Apollo, aut de ſeipſo Iupiter, aut ſaltem ex Academia, dei ipſius interpres Atticus uir ac uates in hunc modum loquatur: Animus ad intellectionem inſtrumentis utitur duobus, altero ſimplici, quod mentem: altero uario, multiplici mutabilique, quod ſenſus nuncupamus. quæ etſi functiones permiſcent, utrunque tamen propriam diſtinctâmque ſubſtantiam agnoſcit. Vtque hæc inuicem ad ſe habent, ita & ea quorum exiſtunt inſtrumenta. Idcirco differt ab intellectili ſenſile, quantum intereſt inter mentem & ſenſus. Horum ſenſile, propter conſuetudinem uulgatius eſt: intellectilia uerò ob inſolentiam, hominum cœtui minus nota ſunt, naturæ tamen exploratiora. Enimuero animalia, plantæ, lapides, uoces, iræ appetitiones, colores, eiuſmodi omnia quæ longa conſuetudo collegit, dietímque permiſcentur ordine uiuendi, ita animum diſpoſuerunt traxerúntque in ſententiam, ut in his ſolis eſſentiam omnem nec præterea alibi locatam arbitretur. Sed intellectile quum ſit ab illorum contactu cohærentiáque penitus liberũ, eius eſt naturæ ut ab intellectu tantùm ſecundum propriam naturam cerni poſſit. Is uerò intellectus, quoniam in uniuerſa anima diſſeminatus eſt, propterea diſtrahitur à ſenſibus, ac perturbatur, & eò inquietudinis agitur, ut ſua ipſe ſpectacula diſcernere non poſſit: ob eámque cauſam plebeius factus, ita moribus plebis aſſueuit, ut popularibus ſenſuum uocibus loquatur, nihilque aliud eſſe arbitretur, præterquam quod uideri, audiri, olfieri, guſtari ac tangi queat. Igitur quemadmodum in epulo nidoris pleno, in quo permultum uini miſcetur, éſtque ti-

biarum, fiſtularum ſaltationúmque ſtrepitus multus, atque odoramentorum magnus uſus: is conſtantiſſimus ſit, qui ſeſe colligens ac contrahens, ab illis omnibus auocet ſenſum, ſeque & ſobrium & temperatum præſtet: ita etiam, uariè obſtrepentibus ſenſibus, magni negotij eſt inuenire mentem frugi, quæ adeò ſeſe ab his explicet, ut ſua ipſa ſpectacula poſſit intueri. Quum enim ſenſuum natura multiformis exiſtat, repleatur interdum, interdum fluat, ad uarias ſuique ſimiles mutationes animum inſtruit. ut ſiquando ſe à ſenſibus in ſtabilem firmámque intellectilium naturam erigere conetur, firmiter eam, fluctuum ac perturbationum ſalo concuſſa, dignoſcere non poſſit. quale quidem conſueuit accidere iis qui ex nauigio deſcendunt in terram,
6 *quorum perdiu agitatum, iactatum ac conflictatum tempeſtatibus corpus, firmis ſtare ueſtigiis uix queat. In utra igitur horum natura collocabimus deum? An non in ea quæ firmior & ſtabilior exiſtit, & quæ minimè addicta eſt fluxibilitati atque mutationi? Nam quid in uniuerſa rerum natura conſiſtat, niſi deus illius naturam amplectatur? Sed age, opus habeas aliquo, qui te manu quodammodo in uniuerſam hanc notitiam deducat. ipſam ſequere rationem; eáque in hunc diſſerat modum, notiſſimas naturas partiens in duo, quarum nobiliorem nunquam diuidere abſtinebit donec ad id quod quærimus, peruenerit. Rerum nanque inanima quædam ſunt, quædam animata. & quidē inanima, lapides, ligna, atque eiuſmodi alia: animata uerò, plantæ atq; animalia. Sed animatū inanimo longè præſtat: idque in uegetabile*

ac ſenſibile diſtinguitur. Horum ſenſibile præſtat, quod rurſum partim eſt irrationale, partim rationale. At rationale irrationali melius. Verùm in anima rationali, quandoquidem collectum eſſe apparet ac quodammodo contineri, quod nutrit, quod concupiſcit, quódque intelligit: quam comparationem habet animatum cum inanimo, eandẽ habet pars ipſius intellectilis, quæ dicitur mens, cum ea anima quæ ex cæteris partibus conſtat. & quidem mens omnibus illis præſtantior. Vbi igitur collocabimus deum? an in ea anima quæ multiplex eſt? At meliora ominemur. Supereſt ut quodammodo in arcem unà cum oratione aſcendentes, in ipſa mentis præſtantia deum ſtatuamus. Sed etiam hîc duplicem naturam uideo. alter enim intellectus, intelligendi uim habet à natura, licet actu nequaquam intelligat: alter uerò & ipſe naturam intelligendi habet, nondum tamen perfectus eſſe cognoſcitur, niſi amplius addideris, ſemper illum atque omnia intelligere, non autem alia temporibus aliis: uſque adeò ut perfectiſſimus ſit qui quidem ſemper atque omnia ac ſimul omnia intelligat. Placétne, quod eſt dictum, figuremus exemplo? Finge diuinam mentem in uidendi, humanam uerò in loquendi potentia conſiſtere. nónne oculi obtutus ocyſſimè ac ſemel undique uiſibilis obiecti ſenſum ad ſe trahit? ſermonis autem opus, lento (ut ita dixerim) gradu incedere uidetur. Sed fortè commodius dicemus, ſi diuinam mentem dixerimus inſtar ſolis, uno ſimul in-
7 tuitu quodcunque ubique eſt in terra loci, proſpicere: humanam uerò, pro more uiatorum, nonniſi longiſſima mora ac diuerſis temporibus, uniuerſi partes cogni-

tione percurrere. Atqui prior illa, ea eſt quam nobis uir ille Atticus ex Academia pronuntiat uniuerſi parentem ac opificem eſſe. cuius nec nomen enuntiat, quod minimè nouit: nec colorem prodit, quem minimè uidit: nec magnitudinem oſtendit, quam nũquam attigit. Hæc nanque ad corporis propriè naturam, atque oculorũ intelligentiam pertinent: quãdo deus ipſe neque oculis perſpici, nec uoce enuntiari poteſt, nec corporeo tactui ſubiicitur, neque auribus poteſt audiri: in quem ſolus animus pulcherrimus, uidelicet, nitidiſſimus, intelligentiſſimus atque expeditiſſimus oculus, propter ſimilitudinem, intendit. eũdem ipſum eiuſdem animi, propter affinitatem, percipit auditus: ſed totus atque integer nonniſi uacuæ atque in ſeipſam contractæ illabitur menti. Quẽadmodum igitur fit ſemper ut, quum quis cupiat ſolem intueri, haud auditu ad eius perueniat aſpectum: neque uocalis harmoniæ ſtudioſus, eam proſequatur oculis: ſed deſiderium oculorum in ipſis coloribus, aurium uerò expleatur in ſonis: ita etiam mens ipſa intelligibiles ſpecies appetendo, eas & uidet & audit. Quomodo autem uel uidet, uel audit? recto nimirum animo, atque adeo ualido, ut aciem ſuam, ſinceriſſimam in lucem illam poſſit intendere: cuius aſpectus haud caliget unquam, uel ad terrena demittatur, quin potius aures aduerſus ſenſibilia obſtruat, & ab his uiſum reliquóſque ad ſeipſam abducat ſenſus: quæ præterea à doloribus, fletibus, uoluptatibus, gloria, honoribus, ignominia libera ſit, ſéque ipſam duntaxat uerißimæ rationis ac ualentiſſimi amoris gubernationi committat: ac rationis quidem, ut ab ea, quò ſit tendẽdum, accipiat:

amoris uerò, ut huius itineris peritiſſimi ductoris, quique ſatis ſciat gratia ac lepôre itineris mouere laborem: qui illuc tendens, atque ab his terrenis abiunctus, habeat ſemper ante oculos claras ac fulgentiſſimas ſpecies, exordium quodammodo ad dei naturam dignoſcendam inducentes. Ita pergens animus, de natura diuina obiter audit, eámque aſcendens intuetur: neque terminus uiæ cælum eſt ipſum, cæleſtiáue corpora: quanquam pulcherrima & ipſa ſunt, diuináque, utpote dei ipſius legitima fœtura, & ad pulchritudinis concinnata
8 *præſtantiam: quin potius ultrà pergere oportet, ac ſupra cælum ſeſe efferre, ínque eum locum ſtatuere, in quo ueritatis ac tranquillitatis eſt ſedes,*

In quo non hyemis rigor eſt, nec decidit imber,
Lucidus at ſemper volat atque innubilus aër.

ubi nullus corporeus affectus à ſuo animum ſpectaculo abducere poteſt, eíque id exhibere negotium, à quo idem animus miſer, dum uerſabatur in terra, mugitu atque affectionum tumultu ſternebatur. Nam quomodo deum intelligat quis, qui cupiditatum multitudine atque abſurditate ratiocinationum perculſus ſit? haud ſanè melius quàm quis in populari contẽtione ac tumultu conſtitutus, uel legem uel magiſtratus percipiat uocem. Quotus enim quiſque eſt hominum, qui in cœtu ac ſtrepitu multo, liberum habeat auditum? Idcirco animus quum in tumultum huiuſmodi ceciderit,

Séque ipſum temere vaſtis commiſerit vndis:

natat quidem intranabili freto, donec fuerit exceptus à philoſophia, quæ ei rationes ſuas, iuxtà ac Leucothea uelum ſubiecerit Vlyſſi. Quomodo igitur fiet ut euadés

aliquis ad aſpectum dei pertingat? Sanè quum integrum uidebit, quum fuerit accitus. Neque eſt quod nimiam uocationis moram (quæ quidem omnino expectanda eſt animo) pertimeſcat. Vides enim ut ſenectus aduentat, per quam ad deum eſt tranſitus: ut mox ſequatur mors, de qua meticuloſus quiſque conqueritur & accedentem expaueſcit: contrà qui dei amator eſt, libens amplectitur, intrepidúſque excipit. Sed te (ut ui deo) noſcendæ eius in præſentia naturæ deſiderium tenet. Quis tamen præſtare ſatis id queat? pulchrũ deum dicet, & pulchrorũ omnium pulcherrimum: haud quidem pulchrum corpus, ſed unde pulchritudo in corpora emanat: neque etiam pulchrum pratum, ſed unde & pratum, & amnes, & mare cælúmque ipſum cæleſtéſque dei pulchritudinem decerpunt. Inde enim pulchritudo omnis, tanquam ex perenni puriſſimóque fonte, ad nos uſque delabitur: tantúmque aut pulchritudinis, aut firmitatis, aut ſalutis rebus in ſingulis ineſt, quantum ab eo fonte reſpergitur. Ex quo ſi nihilum hauriant, continuò turpes, diſſolutæ corruptæque tabeſcant. Hoc tibi ſi ſatis eſt, deum ipſum inſpexiſti: ſin minus, quænam alia poterunt eiuſdem naturæ

9 *interpretationem proferre? Fac, in eo nec magnitudinem, nec colorem, nec figuram aliquam cogites, non aliud præterea quicquam quod materia pati conſueuit: uerùm ut interdum formoſum corpus, ne conſpici poſſit, multis ac uariis inuolucris obtegitur, cuius amator ut expleatur aſpectu, ea opus habet amouere: ſic etiam neceſſe eſt, amictum hunc, qui tibi oculos impedit, ratione auertere. nec mora, ſtatim*

inſpicies quod cupis. Sed perſtringetur fortè acies quominus ipſius patris opificiſque omnium ſuſtineas conſpectum. Quamobrem in præſentia ſatis habes, opera uidere, fœtúſque eius uenerari uarios ac multos, neque adeo tot quot Pindarus dixit. Haud enim triginta milia deorum, deíque ipſius filiorum & amicorum, ſed innumerabiles penitus. Quod quidem teſtantur in cælo naturæ aſtrorum, in quo æthereæ ſubſtãtiæ dæmonum. Sed libet eius quod diximus, perſpicuam magis imaginẽ oſtendere. Magnum animo regnum ac principatum potẽtiſſimum concipe, hominum ex nutu unius animi optimi atque antiquiſſimi libentiſſimè pendentium: hócque regnum, haud Haly flumine, haud Helleſponto definiri, neque præterea uel à Mæotide palude, uel ab Oceani litoribus contentum. Sed eius eſſe cælum, terrámque: alterum celſitudinis, alteram depreſſionis metam: ac cælũ quidem ad ſimilitudinẽ inexpugnabilis muri, undequaque in circuitum ducti, obtinere, qui res omnes in ſeipſo contineat. terram uerò carceris cuiuſdam imaginem referre, in qua nexa ác compedita ſint nocentia corpora. Regem illum maximum fortiſſimúmque cogita, legéſque iuráque ad ſubiectorum ſalutem ac beatitudinem ſanciẽtem: ſecundúmque hũc, adminiſtros quamplurimos deos, uiſibiles alios, alios nobis abſconditos, qui ueluti ianitores ad ueſtibulum occupati, miniſteriũ ſortiti ſunt diuinæ uoluntatis decreta enuntiandi, & cognatione quadam coniuncti primo deo, atque eius conuiuio accepti. Viſibiles uerò miniſtri eorũ, minoréſque exiſtunt, quibus tamẽ inferiorum alius ordo ſubſeruit. Ex his ordinem ſucceſſionémque licet intueri, ab ipſo ſummo deo ad hominem uſque deorſum deſcendentem.

VTRVM REFERENDA SIT iniuria. Sermo II.

10 VTRVM iuſtitiæ ſit domus altior,
Quàm vt prauis homines hãc ſuperẽt dolis,
(Vt verum fatear) mens dubitat mea.

Tu quidem tecum ipſe Pindare diſputas de iuſtitia ac dolo, conferens aurum cum ære. Cur ita? Quia agis poetam, peritúſque artifex es & cantum choro & tyrannis triumphalia carmina componere. quamobrem tibi illud in primis curæ eſt, quemadmodum ſerues uocabulorum menſuram, aut rectam modulationis rationem, aut etiam numeri figuras. Viro autem ei qui uel choros uel cantum nihilo plus facit quàm pueri ludos, & qui unius animi menſuram, numerum, modulationem atque habitum cogitat, quemadmodum his queas propriæ uitæ negotia condire: nequaquam unquam ueniet in mentem, uel etiam leuiter ambigere utrum iuſtitiæ ſit arduus murus, nécne: ſed potius carmine tuo cõuerſo, ita loquatur, Iuſtitiæ murus eſt arduus, quem nõ obliquis doli uiis ingreditur hominum genus. Quũ nihilo minus iuſtitia aditum ad ſe prohibeat dolis, quàm cælum Alcidis: neque ſecius doli ad alta mœnia inuẽt aſcenſum, quàm olim Olympo impoſitus Oſſa, uel Peleo impoſitus Olympus, quos inter ac cælum tantundem intererat, quãtum inter Iuſtitiam ac dolos. Quid igitur? Bonorum uidelicet iuſtitia eſt, improborum eſt dolus. & iuſtitia quidem, comprobata res eſt, adulterinus penitus dolus: illa ualida, hic debilis: illa utilitate prædita, hic utilitatis inanis. Iámne uerò, qui iuſtitiam colit & circunſeptus eſt hiſce Pindari mœnibus, eligat ſi-

forte eũ cõtingat iniuriã accipere, ex æquo iniuriam rẽ pẽdere acceptam? Age, uideamus quid ideſt quod dicimus, an forte iniuriam ſibiipſi quenquam inferre fas ſit. Nam ſi quidem eſt eiuſmodi, facere iniuriam atque accipere, cuiuſmodi eſt uerbera inferre ac pati: nil planè obſtat quin idem ſimul iniuriam faciat ac patiatur. Sin uerò uerberibus inferẽdis illud contingit, ut ex cõmuni repulſu, quem natura corporũ parit, unus utranque rẽ actus, actionẽ ſcilicet ac paſſionem ſuſcipiat: facere
11 autẽ iniuriã atque accipere, mutuos potius imitetur obtutus, quũ uidemus ſcilicet ac uidemur: ubi quicquid uidet, utique & uidetur, non tamen quicquid uidetur, protinus etiã uidet. Idcirco alia potius in hũc modũ utamur ſimilitudine: ut inferre iniuriam atque accipere, quaſi coarguere ſit & coargui. Siquidem coarguit, qui ueritatis eſt conſcius, coarguitur autem ueritatis ignarus: ac ſicuti non coarguitur ueritatis peritus, nec inſcius coarguit ueritatis: ita, facere iniuriam atque accipere, unius ac eiuſdem eſſe minimè dixeris. Quando igitur non eadem unquam, ſed diſtincta omnino hæc ſunt: probúſque & improbus nequaquam eſt idem, utri utrũ aſſignemus? Nunquid iniuriam inferre, uelimus improbi eſſe? pati autem iniuriã, probi? An potius iniuriam inferre, certum eſt facinus improbi: quum tamen iniuriam pati, ad certam alterius perſonam referri non poſſit? Videamus hoc modo: Iniuria eſt priuatio boni: bonum uerò quid eſt aliud quàm uirtus? ſed uirtus auferri non poteſt. aut igitur qui poſſidet uirtutem, iniuriam accipere non poteſt: aut falſò diffinitum eſt dudum, iniuriam priuationẽ boni exiſtere: aut nullũ bonum obnoxium eſt,

ut auferri, abiici, expugnari, uaſtariue poſſit. Id ſi ita ſe habet, quã iniuriam patitur probus, à quo ſua probitas auferri per improbũ non poteſt? Sequitur ergo, ſi probus iniuriæ minimè patet, eũ qui iniuriã patitur, improbũ eſſe, eámque ab improbitatis accipere conſorte. At improbus quodnam poſſidet bonũ, quod auferri ab iniuria poſſit? quam priuationẽ diffiniuimus boni. Nam qui nihil habet quo queat priuari: nihil etiam habet in quo poſſit iniuriã accipere. An igitur iniuria nõ in priuatione conſiſtit patiẽtis, ſed potius oritur ex animo agentis: ac propterea improbus iniuriã patitur, tametſi nullũ habet bonum: & probus itidem ab improbo læditur, tametſi auferri ei bonum non poteſt? Equidem magis illam rationem admitto, quæ iniuriam potius imputat uolenti eam inferre, tametſi aberrauit à propoſito, quàm huic qui peruenit ad opus. Lex enim animaduertit in mœchos, nẽ in eos ſolùm qui adulterium committunt, ſed etiã in eos qui cõmittẽdi uoluntatem habuerũt. Punit etiam furem, qui furtum tentauit, quamuis conficere negotium non potuit: & proditorem, qui prodẽdi animum habuit, licet ad actum proditio nequaquam ſit ducta. Eò igitur uniuerſa ratio ducitur, ut ſtatuat, probum uirum neque iniuriam facere, neque iniuriam pati: quippe qui iniuriam idcirco non facit, quia faciendi uoluntatem non habet: nec patitur, propter uirtutem.

12 *Improbus iniuriam infert, non autem accipere uidetur. infert quidem iniuriam probo, ob improbitatem quam habet: nullam uerò accipit iniuriam, quia boni expers quum ſit, bono priuari non poteſt. Adhuc pluribus hãc rẽ uerbis explicabo. Si quidem bonũ in uirtute ſola, nec*

præterea alibi conſiſtit: Improbus uirtute inanis in quo ſuſtinere iniuriam poſſit, minimè habet. Sin uerò præter ipſam uirtutem ea quoque, bona cenſentur quæ ſunt corporis, quæue extrinſecus à fortuna proueniũt, ac circunſtantia ſunt: quandoquidem ſatius eſt, ubi ea non fuerint cum uirtute cõiuncta, quamlongiſſime ab homine abeſſe, his quoque multatus iniuriam accipere non poteſt. Conſtat enim eum his bonis ſpoliari, quibus alioqui abuteretur omnino. Quamobrem ille iniuriam infert, non patitur uiciſſim, ſi conſtans ſententia manet, iniuriam ab inferendi oriri uoluntate. Sed nunc de improbo loquor. Vult quidem improbus iniuriam inferre, attamen inaniter conatur. Quum enim id uult, aut ſui ſimilem improbum petit, aut ſeipſo meliorem.

Quid eſt igitur quod acturus ſit melior? Nunquid improbo iniuriã referet? At nihil inueniet in quo figat iniuriã. Quam ob rem enim potius improbus, improbus eſt, quàm quòd careat bono? Quare neque opere ipſo, qui ſapiet, improbo iniuriam rependet: quandoquidem nihil apud illum inueniat, in quo iniuriam locet. neque etiam animo: ſiquidem non magis uir probus iniuriam unquam inferre, quàm tibicen tibias diſſonanter inflare, meditatur. Communiter uerò ſi improbum eſt, iniuriam facere, iniuriam referre, ſimile quippiam eſt. Etiamſi qui iniuriam intulit, propterea quòd prior cauſam præbuit, maius flagitium admiſit: attamen qui retulit, idcirco quòd ultus eſt, ei improbitate exæquatur. Et ſi iniuriã inferens deliquit, uiciſſim delinquens, nihilo minus priore illo delinquere uidetur, quia iniuriam rependit. Quemadmodum enim qui gratiam refert,

ſert, eo qui cœpit beneficium conferre, nihilominus beneficus eſt, quanuis prior beneficium accipit: ſic etiam qui iniuriã refert, nihilominus deterius agit eo à quo antè acceperat iniuriã, etiamſi prior erat iniuriam perpeſſus. Nam quis erit unquam iniuriæ finis, ſi qui iniuriam eſt paſſus, ultionem nequaquam remittit? profectò neceſſarium erit, malum continuè ab alio ad alium transferri ac tranſilire, iniuriámque nouam, ueterem ſemper iniuriam excipere. Etenim ſi cõceditur iuſto, propterea quòd eſt perpeſſus iniuriam, authorem iniuriæ ulciſci: in eundem etiam iuſtum ab eo qui ultionem excepit, reuertetur iterum ultio: utrobique enim agendi i-
13 *dem, eadem æquitas eſt. Qualem ô Iupiter iuſtitiam feciſti, quæ ex iniuriis oritura eſſet? quonam uſque progreditur malum? aut ubi tandem conſiſtet? an parum uideras perennem te improbitatis fontem mouere, atque eam legem uniuerſis hominibus ſancire, à qua uetuſta quædam origo malorum omnium, initium ſumeret? Ex ea ſcilicet eſt antiquum olim inter homines malum ſtruendarum claſſium, tam barbarorũ quàm etiam Græcorum: quibus illi interpoſitũ mare tranſmittentes, ſe inuicem impeterent, diriperent, oppugnarent, atque uaſtarent, prætextum iniuriæ exiſtimantes præuenientem iniuriã. Phœnices enim rapere aggreſſi ſunt ex Argo regiam puellam: ſequuti mox Græci, ex Colchis barbaram uirginem abduxerunt: Phryges deinde Laconicam ex Peloponeſo mulierem. Vides ut ſibiipſis mala ſuccedunt: quibus ex cauſis bella naſcuntur. Vides multiplicationem iniuriarum. Hoc nimirum malum Græciam ipſam cõtriuit, opinio ſcilicet mutuarum iniuriarũ, quæ*

etiam ad propinquos emanauit, implacabilis furor, immortalis ira, uindictæ deſideriū, ignorantia iuſtitiæ. Quòd ſi qui iniuriam acceperāt, potuiſſent in animum inducere, iniuriam ipſam ſuis authoribus maximū malum afferre, quod quidē deterius eſſet omnibus bellis, demolitione murorum, agri populatione ac conſtitutione tyrannidis: nunquam profectò Græcia ipſa eſſet tot ac tantis infortunijs referta. Potidæam Athenienſis oppugnat: ſine Lacedæmonie, atque diſſimula: huius quādoque facti pœnitebit Athenienſem. noli eum improbitate imitari, ne etiam uituperationis particeps euadas. Quòd ſi occaſione accepta malueris inuadere Plateas, peribit tibi Melus proxima inſula, peribit AEgina inſula amica, peribit Sicyone ſocia ciuitas: unam capiendo urbem, multas euertes. Vt enim qui diuitias quærūt, ac ſe mari cōmittunt, maximo interdum fœnore pecuniam ſumunt: ſic etiam qui iræ indulgent, maximis ſe calamitatum uſuris inuoluunt. Ad Athenienſem hoc dico, Sphacteriā habes: Lacedæmonius redde quod cepiſti, atque interim dum ſecunda uteris fortuna, etiam ſapientia utere: qui ſi audire nolueris, homines quidem retinebis, triremes autem minimè tenebis. Lyſander, qui in Helleſponto ſecundam expertus fortunam, exiſtimatio-
14 *nē Spartæ maximè auges, moneo, Thebanis ut parcas. Non audis? lugebis paulo pòſt Leuctricam cladē, & infortunium Mantineum. O latentem inerrantémque iuſtitiam. Ob eam ſcilicet cauſam Socrates Ariſtophanem æquo animo tulit, odiū aduerſus Melitū minimè exercuit, neque ultus eſt Anytū: ſed clariſſimè clamabat, Anytus ac Melitus Socratē de medio tollere poſſunt, læ-*

dere autem non poſſunt. Neque enim improbo licet, probo detrimentum inferre. Hæc quidem iuſtitiæ uox eſt, qualem ſi uniuerſi mortales loquerentur, nullas profectò tragœdias, nullas ſcenicas fabulas, præterea non tam multas uariáſque calamitates haberemus. Vt enim inter corporis morbos, qui ſerpunt, contumaciter reſiſtunt ſanitati: ac propterea oportet firmum curationis genus adhibere, ut quod ſupereſt tibi, ſaluum fiat: ita quoque ſi uel domum, uel ciuitatem lædere iniuria cœperit, inhibere malũ oportet: ſi quidẽ ſalutis eius quod adhuc intactum ab iniuria eſt, rationẽ uolueris habere. Hoc Pelopidas attriuit, hoc idem Heraclidas de medio ſuſtulit: hoc progeniem Cadmi Perſáſque euertit: Macedonas denique ac Græcos. O perpetuum morbum, qui permultis temporum ſpatiis uniuerſam terrã impliciut. Prouehor audacia ut id etiã ſuperioribus addam: ſi detur iniuriam iniuria minorẽ eſſe, eum qui iniuriã retorquet, nequiorẽ eſſe eo qui prior inferendi author fuit. ille enim ignorantia ductus, ad inferendã iniuriã accedens, uituperationis retulit pœnam: hic autẽ iniuriam referens, quum iniurij hominis factum uoluerit ſequi, uituperationẽ itidem ab eo in ſe transfert. Vt enim qui fuliginoſum cõplexus eſt, nõ poteſt non immundus abire à complexu: ita & eum qui iniurio homini congreditur, cúmque eo pariter uolutatur in iniuria, neceſſe eſt flagitij partẽ accipere, déque eiuſdẽ fuligine abire inquinatũ. Athletã igitur laudo qui cũ athleta æqua certandi ratione paríque uincẽdi ſtudio cõgreditur: uideo nãque in utroque ſimilitudinẽ naturæ, meditationẽ cupidita-

têmq; uincẽdi propè parẽ: quotieſcũq; uerò uir probus cum improbo contendit, quod minimè ex eadem palæſtra uterque progreſſus eſt, neque ſub eodem ſeſe exercuit magiſtro, non eandem didicit artem, non iiſdem certaminibus inhæſit, non eandem coronam appetiuit, neque eodem eſt delectatus præconio: piget eiuſmodi pugnæ, inæqualis eſt congreſſionis conditio: neceſſe prorſus eſt improbum ab eo ſtadio certantem diſcedere uictorẽ, qui ſpectatoribus improbis iniquiſque iudicibus utatur. Probus *nanque harũ artium rudis atque ignarus, infidelitatis, ueteramentorum dolorũmque omnium inanis exiſtit: minimèq; eiuſmodi certaminũ peritus, à quibus improbitas & uires & robur haurire conſueuit: ita ut deridendũ ſe præbeat, qui quũ neque natura, neq; arte, neq; etiã moribus ad iniuriã formatus ſit, ad eã tamen inferendã ſe paret.* Dicat *hîc aliquis,* Nũ *ideo oportet uirum iuſtum, contumeliam, calumniam perſequutionêmque perferre? num tacitũ ſpoliari ſubſtantiis? num etiam carcerẽ, exilium, ignominiam ac mortem ſubire?* Reſponde *ſodes, ad id quod rogo,* Si *forte pueri ſancita in ſe lege conſtitutóque iudicio, grandem natu uirum in republica ſua accuſent: tum ſi præuaricari uideatur, ſtatuant in puerorum cœtu, dignitate mulctari, publicéntque puerilia eius bona, ut talos puta, ut ludicram ſupellectilem: quid hunc facere uirum conueniat? annon, quæſo, iudicium illud cum mulcta & ſuffragiis riſu maximo aſpernari?* Hoc *modò* So*crates* A*thenienſes deridebat, ut puerulos ſuffragia ferentes, ut iubentes hominem mortalem necari.* Sed *præter* Socrat*em ipſum nemo non bonus ac in-*

ſtus edat quàm clariſſimũ riſum, ſi forte ab iniurioſis hominibus uideat ſtudioſè ſe peti, putantibus aliquid agere, quum tamen acturi ſint nihil. Quodſi eum cum ignominia dimittant, edet uocem illam Achillis, *Cogito ab iuſtitia* Iouis *honorari: ſi diuitiis ſpolient, diuitias proiiciet, ueluti aſtragalis luſorióque inſtrumento ſpoliatus.* Mortem *denique eo animo ſubibit, tanquam ſi ei uel à febre uel ab ictu lapidis afferretur, nihil propterea interfectoribus infenſus.*

16 VTRVM EXISTENTE DIVInatione aliquid ſit in noſtra poteſtate, Sermo III.

QVVM Medi *aduerſus* Græcos *exercitum ducerent,* Athenienſes *deum conſulebant quid factu opus eſſet, ubi tanta barbarorum ingruerat uis,* Medorum *fulta equitatu,* Perſicis *curribus, ſcutis* AEgyptiis*: quam ſequerentur funditores* Cares, Paphlagones *haſtati, peltati* Thraces, Macedonum *grauis armatura, & equitatus* Theſſalicus. *Imminente igitur tam graui malo,* Athenienſes *deum conſulebant quonam maxime modo auerti poſſet.* Is *uerò reſpondit,* Fieri *poſſe, ſi ciuitatem ligneis mœnibus munirent.* Sententiam Themiſtocles *dicit, uideri ſibi nihil aliud quicquam, ligneum illum murum, quàm triremes ſignare: cæteróſque in ſententiam trahit: quamobrem cuncti migrantes ex urbe, intra ligneum dei murum ſe receperunt.* Sed *eſto, ſi* Athenienſes *eo tempore, oraculum pro his rebus adire contemnentes, uirum conſulere maluiſſent ſapientem maximéque idoneum, tum proprias uires & hoſtium apparatum expendere,*

*tum de impendenti procella, déque aduerſus eam re-
medio diiudicare: conſentaneúmne fuit ut is in conſilio
dando, Apollinis oraculo minor inueniretur? Quē ego
haud obſcurè de ambiguis mœnibus puto fuiſſe reſpōſu-
rū, ſed clariſſimè potius dicturum, Cedite Athenienſes
lapidibus atque ædificiis barbaro, ob eámque cauſam
cum liberis ueſtris atque uniuerſa familia, cum liber-
tate, cum patriis legibus ad mare confugite: ut triremi-
bus ſuſcepti, uel fugiendo ſalutem, uel pugnando uicto-
riam quæratis. Cur igitur homines conſulta hominis ne-
gligentes, oraculum magis adeunt? An ideo quòd homi-
num ingenium lubricum eſt, infidum, inuidum, adulte-
rinúmque, cuius iudicium nequaquam ſemper aut con-
ſtet aut collimet? quum contrà diuina mens, ſecundum
excellentiam fida, ſecundum ueritatem probabilis, ſecun-
dum peritiam à ſigno minime aberret, ſecundum di-*
17 *gnitatem, extra omnem inuidiam ſit. Oracula autem
deorum & ingenia hominum (quanuis nimium auda-
cter exiſtimabitur dictum, dicendum tamen) cognatio-
ne multa iuncta ſunt. Neque eſt, ſi modò inter ſe ſimi-
litudinem aliquam res habent, cur aliam rem magis
cum quauis comparemus, quàm cum mente diuina uir-
tutem hominum. Caue itaque dubites quonam pacto
hoc fiat, ut mens humana, quum ſuæ ſpontis exiſtat, di
uinatione utatur: quóue etiam illud, ut quum diuina-
tio uera ſit, nihilominus aliquid habeat mens humana,
quod in ſua ſit poteſtate conſtitutum. Similem nanque
conſideras rem, idem petis, de eodem dubitas, idem uol-
uis: quum tamen facilè ualeas rem totam ita diſtin-
guere, Quòd nec deus ipſe, certus coniector omnium eſt,*

neque hominũ mens non aliqua interdum aſſequitur. Sed de humana ui pòſt uiderimus. Tibi uerò ſatiſne perſuaſum eſt, diuinam mentem cuncta ordine intelligere? honeſta, turpia, digna indignáque. Sed parcendum eſt uerbis uerecundiæque: erga diuina habendus eſt honos: quum magnificum quiddam ſit uniuerſa cognoſcere, arenarum numerum, dimenſionem maris, abſurdíque lebetis elixationem in Lydia. Nemo uidelicet repellitur à deo qui pro futurorum certitudine aſſequenda, oraculum petat, idque conducere mortalibus uidetur: quamuis iuſtus eo animo petat, ut propterea cupiditatem ſuam explere poſſit. Deum cenſes egregiè curioſum, ſatagentem, fatuum, parum præterea à circunforancis ariolis, qui obolis duobus, poſcentibus quibuſcunque de futuro reſpondeant, differentem. Ego uerò, nedum dei, ſed ne boni quidem uiri eſſe exiſtimo, temere ac præter dignitatem rei, ad effundendam ueritatem proſilire. Neque enim præclari quicquam prolata ueritas habet, cuius cognitio nequaquam afferat bonum. Idcirco medicus ægrotum fallit, imperator exercitum, gubernator nautas. In quo quæ abſurditas eſt? quando homines ſæpiſſime ex intellecta ueritate detrimentum, ex mendacio utilitatem retulerunt. Si igitur reris diuinationem aliud eſſe quàm diuinam mentem ab humana perfectione duntaxat ac firmitate differentẽ: cenſere pariter debes rationem cũ ratione pugnare. Si uerò potius tantundẽ propè diſcrepant, quantũ igneus ſplẽdor à ſolari, qui quidẽ utrobique ſplendor eſt: non ideo quòd clariorem adamas, propterea minorẽ ſpernere iſta tua diſtinctione oportet.

*Vniuerſum enim hoc totum, harmoniam quandam exi-
18 ſtimes uelim muſici cuiuſdam inſtrumenti, cuius ſit
artifex deus. unde ea initium ſumens, pérque aerem
commeans, paſſim terræ, mari, animantibus ac plantis
permiſcetur. In quibus quum plurimas diſparilêſque
naturas inueniat, pugnantes eas inuicem conciliat: ne-
que ſecius componit quàm ſuprema quædã harmonia,
ubi in multiſonum inciderit chorum, eius ſolet ſtrepi-
tum comprimere. Quæ uerò diuinæ artis uia ſit, uer-
bis diſſerere non poſſum. Ideo quaſi ſimulachrum eius
potentiæ uidebis, ſi fortè inſpexeris naues in terrã ſub-
duci, aut ingentes ſaxorum moles impelli. id enim non
niſi multis uariiſque inſtrumentorum uerſionibus con-
uerſionibúſque effici poteſt, quorum ſingula quæque
ſingulis quibuſcunque ſuggerunt uires, atque inuicem
ſuſcipiunt ductum, cuncta tamen ſimul uniuerſum pon-
dus impellunt. Quo fit ut impulſio cauſa totius ope-
ris ſit, quum tamen opificium totum cõſtet ex particula-
rium collatione machinarum. Hunc igitur opificem, fac
eſſe deum: machinas uerò, ratiocinationes humanas: ar-
tem dic hominum eſſe, quæ nos ad fatalem ordinem
trahat: & ſi clariorẽ imaginẽ requiris, deum dic eſſe
exercitus ducem: militiam, uitam: militem, hominem: teſ-
ſeram, fatum: arma, facultates: hoſtes, calamitates: ſocios,
rationem: fortitudinis præmium, uirtutem: cladem eſſe
flagitia: diuinationem autem, eam artem quæ ex appa-
ratu præſenti futura coniiciat. Nam & gubernator na-
uem habens, eius quũ inſtrumentũ cognoſcat, ſi inſpe-
xerit mare, uentorúmque expẽderit uim, euentũ antè
præuidebit. Dux itidẽ exercitus quũ caſtra habeat, ſi*

militũ ſuorũ & hoſtiũ examinauerit uires, ex apparatu præſenti uel cladem uel uictoriã antè cognoſcet. Medicus præterea uidendo ægrotum, ſi genus morbi intelligat, & medicinam ſatis calleat: facilè ſentiet ægritudinis exitum. Nónne uides multitudinem uatum? quámque hi clarè, quàm artificioſè conijciant futurũ, raróque aberrent à ſigno? Si igitur quod in poteſtate noſtra eſt, ex ſeipſo tantùm penderet, omninóque ſolutum eſſet à fato: nulla nobis diuinatione opus eſſet: quum uerò uniuerſis rebus miſtum ſit, párſque & ipſum non exi-
19 *gua fatalis ſit ordinis: quod ſubijcitur neceſſitati, uaticinium, ſtatuat: quod uel certitudinem uel incertitudinem reſpicit, ad cõſultationem pertineat. Ex iis habes etiam, neceſſitatis propoſitum & diuinatione ipſa & humana conſultatione deprehendi poſſe. Sed quanam ratione utraque uis, euentus rerum præſentiet? Sanè uel ſiccitates, uel terræmotus, uel incendia, uel impetus uentorum, uel aeris mutationem haud ſolus præſentit deus: ſed & homines qui maximè ad naturam diuinam accedunt. Sic nanque Pherecydes Samiis motum terræ prædixit, & Hippocrates Theſſalis aduentantem peſtem: Timaſius Clazomeniis defectum ſolis: atque alius aliud. Deus autem ipſe quomodo de iis quæ ex poteſtate hominum pendent, oraculum profert? ait nimirum,*

Ne dæmone inuito des operam liberis:
Suſcepta enim proles patrem auferet ſuum.

Hoc quidem quum diceret deus, optimè nouerat quali homini conſilium daret, quàm petulanti, quàm profundè in ebrietatem demerſo. idcirco calamitatem prænuntiat, cuius exordium facturus eſſet Laius. Sic quoque

reſpondit, quum rei cauſam intelligeret deus,

Crœſus Halyn penetrãs magnã peruertet opũ vim:

Quòd Halyn *traiecturus eſſet, ſubticuit: profert autem quid eſſet paſſurus, ſi* Halyn *traijceret.* Res *quippe eiuſmodi ſunt, ut ſi earũ ſuſtuleris complexum, diuinationêmque dei ab humana mente diſiunxeris, harmoniarum omnium conſonantiſſimam diſſoluas.* Eſt *enim mundus qui ex cælo conſtat ac terra, quaſi communis deorũ atque hominum domus.* Duorũ *ſcilicet horum generum duæ ſunt domus, immortalia uehicula. alterũ habent dij deorûmque filij: alterũ deorum interpretes homines, haud humi cubantes (ut ait* Homerus*) neque etiã pedibus illotis, ſed recti atque animis ſuſpiciẽtes in cælum, mentéque in* Iouem *ſuſpenſi.* Horum *regimen uitæ, dij profectò aliqui ſortiti ſunt.* Dij *nanque fœtuum terræ curam gerunt, eóſque ad ſalutem tuentur.* Cæterùm *inuiſibiles ij ſunt, neque arcubus utuntur, aut uulnera unquam acceperunt:*

Híque cibum nunquam capiunt, vinóve madeſcũt.

Homines *uerò ſuſpicientes in cælum, quatenus fas eſt,* Iouis *lucidam domum intuentur, haud auro (ſecundum* Homerum*) exornatam, neque faciferis puellis refulgentẽ, uerùm ſolis lunæque cæterorúmque huius ordinis aſtrorum uigentiſſimo lumine illuſtrem.* Nónne *exercitũ*
20 *uides ex optimis ducibus, ac neceſſariis militibus delectum? huius compoſitionis ordinem obſerua: diuinationem ſtatim uidebis, uirtutem agnoſces, manifeſtáque erit utriuſque & cura & communio.* Vides *præterea ut hominum uita, politia quædam ſit haud ſatis conſtans, neque earum una quas continens habet: ſed potius per-*

ſimilis naui latiſſimum pelagus tranãti: cuius ſaluti haud ſolus ſufficiat rector, niſi & opportunitas & obſequium uentorum, & inſtrumenti commoditas, æquoríſque opituletur natura. Fac igitur rationales animi motus machinis ac miniſteriis naualibus ſimiles eſſe. Cũ mari & uentis humanã rerum incertitudinẽ confer: prouidentiam gubernatoris, dic idem eſſe quod diuinationem futuri, non aberrantem à ſigno. Si uerò huiuſmodi politiæ cõmiſſio ratiocinationi tuæ repugnat, Platonẽ audias hæc uerba dicentem, Deus in primis, dein fortuna & opportunitas temporis humana omnia adminiſtrãt. uerumtamen mitius eſt tertiam cauſam ſuperioribus adijcere, eámque eſſe hominum artem. Si niſtra enim tempeſtate nullâne nobis adſit, an potius aliqua gubernandi ars, permagni referre arbitror. Hæc mihi uaticinia animum uerſant, nec penitus ſinunt uel diuinationem contemnere, uel ad eam probandã intellectum omnino mancipare. Quemadmodum igitur ex animalibus ancipitis uitæ, aues propter uolandi facultatem cum penſilibus rebus communicant: ita hominum uita conditionis eſt dubiæ, quæ partim eſt ab ingenito libera arbitrio, partim neceſſitate obſtricta. Vt ſi dicamus uinctum hominem poteſtatem accepiſſe ductores ſuos ſponte ſequendi: quæ cogitatio eò me ducit ut neceſſitatem ſuſpicer exiſtere in rebus. Sed tamen eius enuntiatio perquam difficilis eſt. Si enim eam denominauero Parcam, nomen rei dixero quæ humanis opinionibus inerrat. Nam quid obſecro Parca eſt? cuius ea naturæ, cuiúſue ſubſtantiæ?

Num deus, & latum tenet inter numina Olympum?

At nihil à diis oritur mali, neque Parcarum ui calamitates obueniunt hominibus. Neſas eſt enim malorum cauſam referre in deum.

An magis eſt homines inter mortalis & ipſat

21 *Mentitur igitur Elpenor dicens,*

Peſſima me dæmon læſit Parca.

Mentitur & Agamemnon dicens,

--ego non ſum cauſa malorum,

Iuppiter at fatúmque, & celſorum accola Erinnys.

Vniuerſa enim eiuſmodi nomina mortales ad honeſtādam improbitatem ſuam confinxiſſe uidentur, in dæmones, in Parcas & Erinnym, flagitiorum cauſas referentes. Hæc ſanè in tragœdiis habeant locum, nulláque ibi huiuſmodi nominum ſit inuidia, dum tamen in ſerio humanæ uitæ ſpectaculo futilia hæc & inania nō admittas. Erinnys enim, Parca dæmonéſque, quæque alia nomina fatalis cauſarum ordinis propoſita enuntiant, intus habētur in animo: & Agamemnonem interdum exercent, quo tempore Græcorum ſtrenuiſſimum mercede præmii fraudat: Elpenorem ad ebrietatem uertunt: Thyeſtem ad inuadēdas fratris nuptias mouēt: OEdipodem ad parricidium, ſycophantam ad iudicia, piratas ad mare, ſicarios ad ſicam, petulantes ad uoluptatem impellunt. Hinc miſeriæ humanæ fontes, malorúmque omnis generis fluxus, ut ignis fluit ab AEtna, ut ab AEthiopia delabitur peſtis. Et ignis quidem defluit in terram, peſtis uerò ad Athenienſes accedens, in eis finem accepit: at improbitatis torrentes, & innumeri & perennes exiſtunt: quibus, & oraculis multis & infinitis propè uaticini eſt opus. Quorum quæ di

uinatio fallere unquam poſſit? Nam *quis, obſecro, impro bitatem, perfidiam ac petulantiam exitus manet?* Hæc *eius generis ſunt quæ prædicabat* Socrates, *haud tantùm* Apollo, *qui ob ſocietatem artis*, Socratem *diuinis laudibus extulit.*

QVOMODO DISTINGVATVR amicus ab adulatore. Sermo IIII.

P RODICVS *in fabulis* Herculem *puberẽ iam ac uirilem ſpiritum gerẽtem, ducit ad locum: qui quum in duas ſcinderetur uias,*
alterius uirtutem ducem haberet, uoluptatem alterius:
22 *harum altera uiſa eſt* Herculi *grauis ac decentis aſpe*
ctus, inceſſus placidi, ſermonis concinni, manſuetiſſimi
uultus, ſimpliciſſimiq; amictus: altera luxu ſuperbiẽs,
unguentis delibuta, floridas induta chlamydulas, im-
pudentis aſpectus, inordinati inceſſus, incompoſitæ uo-
cis. Hæc *aſpiciens* Hercules *(ut* Iouis *filium decebat ſuo-*
pte probum ingenio) uoluptati ſalute multa dicta, uirtu-
ti ſe præbuit ducendum. Age *& nos fabulã (ſi placet)*
fingamus: uias duas, optimum uirum, duarũmque uia-
rum ductores: uirtutis ſcilicet loco, amicum, uoluptatis,
adulatorem reponentes. Hi *quoque inter ſe differant*
habitu, aſpectu, ueſtitu, ſermone atque inceſſu. Alter *e-*
nim perquam iucundũ aſpectui ſeſe offerat: alter quã-
ueriſſimum ſe præbeat. Ille *ſubridens ac porrigens dex*
tram, uirum hortetur ut ſe potius ſequatur, quẽ & lau-
dibus & precibus & ſupplicationibus aggrediens, in-
gentes quaſdam uoluptates enarret, florentia uidelicet
prata, fluẽtes amnes, cantantes aues, clementes auras,
opacas arbores, planas ſemitas, patentes curſus, conſitos

hortulos,ac ſubnaſcentia piris pira,malis mala,uuis uuas:hic contrà pauca loquatur, attamen uera, maximā ſcilicet partem uiæ aſperam eſſe,exiguam, admodum facilem:oportere itaque,qui ſe ſtrenuè ad iter accingat, ita paratum eſſe,ut quum fuerit opus, exhauriat labores: appoſiturus lucro ſi quam interim acceperit quietem.Vtroque igitur contraria loquente, utriuſnam magis ſermone ille mouebitur, qualémue ingredietur uiā? Reſpondeamus fabulæ huius poetæ:ſi contingat uiatorem hunc, uel miſerum illum Aſſyrium, uel Stratonem Phœnicem, uel Cyprium Nicoclem, uel Sybariticum illum eſſe,minimè dubitari oportere quin ex ductoribus alterum peſſimè oderit, putétque eum agreſtem, inſuauem inelegantémque eſſe: alterum autem, ut lepidum, ut benignum, ut omni humanitate conditum amplectatur. Age, bellus hic ductor ducendum ſuſcipiat hunc uirum: quonam tandem eum deducet? Nónne aut in ignem propellet, ut Aſſyrium illum? aut in egeſtatem, ut Phœnicem,præcipitem aget?aut in uincula coniiciet,ut Cyprium? aut etiam mentita uolupta-
23 *te deceptum, alio uero afficiet damno? contrà, ſi imitator Herculis fuerit, uero illi ductori (amicum dico) ut Hercules uirtuti, ſe credet? Sed de fabulis ſatis. Quocirca mutatus ſermo, ſecum ipſe conſideret potius quidnam maximè amicum ab adulatore diſtinguat. Nam quum lapis auro attritus, aurum probet: amicitiæ & adulationis quis erit index?Num utraque ex fine probabitur? At huius expectatio finis efficiet ut antè acceperimus plagam, quàm probationem habere poſſimus.Neceſſe enim eſt iudicium antè præcedere quàm*

uſum incipere. Nam ſi contingat iudicium præpoſterum fieri, qui utendo præuenerit iudicium, ſi fortè eum pœniteat uſus, nullam utilitatem ex poſteriori iudicio habebit. Vis igitur dolore ac uoluptate amicum ab adulatore diſcernamus? Minimè profectò. Nam contingit interdum ut & adulator, quum nimium aberret à fide, moleſtiſſimus & grauiſſimus ſit: iucundiſſimus uerò amicus, ſi fœlicitatis ſe fecit authorem. Atque haud ſcio an ab emolumento ac damno alterutrum iudicemus. in hoc enim & ſcrupulus inſit. Nam & adulator, quum infert damnum, aut fortunas cui adulatur, euertet, aut uoluptatibus merget. quorum alterum, quod ad fortunarum pertinet iacturam, leuiſſimum eſt malum: alterum, quod uoluptatem inducit, maximè eſt iucundum. Propter amicitiam uerò multi aut exilij ſocij fuerunt, aut honorum amiſſionem pertulerunt, aut etiam mortem ſubierunt. Quonam igitur modo amicum ab adulatore diſtinguemus, ſi minimè uel finis, uel damnum, uel uoluptas decernere rem poteſt? Age, ſeparatim inſpiciamus utrunque. Nunquid amicus is erit cuius ex conſuetudine uoluptas oriatur? æquiſſimum etenim eſt, ut ſi inimicus inferendi doloris author ſit, ex amico uoluptas oriatur: quod tamen abhorret à uero. Nam medicus ille humaniſſimus iudicatur, qui maximè ſit immitis: ita imperator, qui ſeueriſſimus: ita gubernator, qui ſit maximè cautus. Nónne parentes diligunt liberos, ac diſcipulos magiſtri? at quidnam infeſtius dicas, quàm aut liberis patres, aut diſcipulis magiſtros? nam & Vlyſſes amator ſociorum, quorum cauſa, multa ac ſæua perpeſſus eſt,

Dum ſociis reditum in patriã vitámque redemit,

Vbi in hominum incidit genus procax ac uoluptarium,
24 *qui ferarum more uiuẽtes, dulcem ructarent lotum(ſic enim uoluptatem deſignat* Homerus*) quum cerneret ſocios his hominibus mixtos, eorum luxuria capi, abſurditatémque loti deguſtare: inuitos flentéſque diuellens reducit ad nauem.* At *non ita* Eurymachus *erga procos ſe geſſit, quos, ſaginatos ſues pinguéſque oues cædere, uinum impudenter exugere, noctu cum ancillulis miſceri, regiam domum abradere, nuptiíſque inſidias ſtruere permittit.* Víſ*ne paucis uerbis de re tota decernere? adulator em ſub improbitatis, amicum ſub uirtutis ordine ſtatue, dolorem ac uoluptatem abijciens. Quando nec amicitia uoluptate uacua eſt, nec doloris adulatio expers: ſed miſcentur interdum, cum amicitiis ſcilicet uoluptas, cum adulationibus dolor. Nam & matres & nutrices, alteræ filios diligunt, alteræ alumnos, quarum obſequia, illorũ uoluptatibus deſeruiunt: nec propterea quòd uoluptas interſit, non amare dicuntur.* Agamem*non Menelaum hortatur*

Et laudare omnes, animum & frænare ſuperbum.

P*raetáſne* Menela*um ad adulationem inuitat?* Vlyſ*ſes ex naufragio in* Phæa*cum terram euadens, quum exurrexiſſet nudus è cubili, ludẽtibus puellis occurrit, in quibus reginam cognoſcens, ipſam aſſimulat* Dianæ, *poſt eã pulcherrimæ plantæ. Neque idcirco audeat quis* V*lyſſem adulationis poſtulare, quæ ſcilicet ex propoſito uſu affectúque animi, ab amicitia diſcernitur.* Opti*mus miles & mercenarius pariter utuntur armis, horum opera nemo ex exercitio manuum expendit, ſed*

potius

potius conſiderato propoſito uſum utriuſque diſtinguit. Alter enim amicitiæ deſeruiens, ſalutem prorſus intẽdit: alter pretio pugnans, quibuſcunq; ſe utendũ præbet. ille operam ſponte pollicetur: hic uænalis eſt. ille per inducias hoſtibus fidus: hic amicis etiã infidus. Eodẽ pariter modo cẽſere debes amicũ ab adulatore differre. Ambobus enim accidit ſæpius ut iiſdẽ negotiis congreſſibúſque hominũ teneantur: ſed eorum differentia, uel ex uſu, uel ex fine, uel ex animi cognoſcatur affectu. Amicus enim quod uerè ſibi bonũ uideatur, illud cõmune uult eſſe amico: ut ſiue moleſtum, ſiue iucundũ exiſtat, eo ex æquo pariter cum amico perfruatur: adulator uerò propriis cupiditatibus obſequens, ita ſe ad congreſſus hominũ parat, ut ex his captet proprium lucrũ. Et amicus quidem bonum æquabiliter cupit impartiri: adulator propriis commodis ſtudet. ille ex æquo uitam cum amico ſecundum uirtutem inſtituit: hic maiorẽ partem ſecundum uoluptatem ad ſe uertit. ille cum amico diuerſans, pari loquendi libertate delectatur: hic obſequendo, ſubmiſſius loquitur. ille in communione ueritatem depromit: hic dolos ſtruit. ille futuram utilitatem iam ſerit: hic præſenti contentus eſt gratia. illius quidem facta memoriæ commendanda: huius autem ueteramẽta obliuione digniſſima. ille amici rem, ut communem, curat: hic ut alienam deperdit. amicus amici fœlicitatem leuiter delibat, ex æquo uerò infortuniũ ſubit: adulator fœlicitate nequit expleri, infortunij autem ab ſe abdicat partem. amicitia laudi: adulatio uituperationi expoſita. amicorum alteruter dando accipiendóque uiciſſim, ſibi pariter reſpondet: adulator penitus claudicat. Quiſquis enim a-

licuius rei egeſtate detentus, obſequitur ei à quo eam ipſam queat accipere, quatenus ille uotis ipſius non integrè reſpondet, inæqualitatem amicitiæ prodit. amicus, ſi pro amico ſubeat infortunium, uix præſentit: adulator maximè infortunium ſentit. amicitia probatione confirmatur: adulatio, ſi ad probationem accedit, penitus frangitur. amicitia tempore ualidior fit: adulatio tempore deperditur. amicitia minimè eget ut utilitate firmior fiat: adulatio ſine utilitate ſtare non poteſt. Si uerò inter deos atque homines commercium datur qui deos ſobriè colit, amicus eſt dei: qui ſuperſtitione tenetur, adulator eſt dei. & ſobrius quidem cultor deíque amicus, beatus efficitur: ſuperſtitioſus autem, penitus miſer. Quemadmodum igitur qui propriæ uirtuti confidit, intrepidus accedit ad deos: ita qui ex impuritate deiectus, ob formidinem abiecit ſpem, deos
16 *ut tyrannos reformidat. Eodem propè inter homines modo, plena ſpei fiduciæque amicitia eſt. contrà, adulatio & à ſpe & ab animo deſeritur. tyranno nemo amicus: regi nemo adulator. regnum autem tyrannide diuinius. Et ſi amicitia æquabilitas eſt morum, improbitas neque ſibiipſi conueniet, nec probitati. Probus enim cum probo facilè amicitiam ſeruabit: compares enim ſunt. adulator autem, quo pacto amicus erit hominis probi? Latere enim adulator uirum probum non poteſt. improbo autem adulari contendens, ſi adulatorem hunc quoque hominem nanciſcatur, ne huic quidem perdiu poterit adulari: quandoquidem genus hoc hominum pares ſibi reponi uices inter loquen-*

dum non patiatur. Sin uerò improbus ille, adulator non ſit, amicus adulanti eſſe non poterit. Sed & reſpublica quæ ex optimatibus conſtat, plena amicitiæ eſt: popularis ſtatus, adulatio mera. Atqui optimatum adminiſtratio populari præſtabilior eſt. Nullus enim uel Cleon uel Hyperbolus Lacedæmonios exercuit, laſciuientis populi adulatores ſceleſtiſſimi. Eupolis in Dionyſiis Calliam comicè luſit, priuatum hominem, adulatorum in conuiuiis prædam, ubi adulationi præmium propoſitum erat, calices, ſcorta, cæteræque hoc genus ſordidæ ac ſeruiles uoluptates. at populum, Eupolidis dicacitatis ſpectatorem, quiſnam Comicus, quo theatro aut quibus Dionyſiis illudet? populum dico, adulatores permultos, qui haud uilia præmia, (ut ſunt oblectationes uentris ac ueneris) ſed perniciem Græciæ captarẽt. Quòd ſi Athenienſes, adulatoribus pulſis, Pericli ac Niciæ obtemperare maluiſſent, profectò pro adulatoribus illis, ductores amicos habuiſſent. Inſpiciamus regna ipſa. Adulatur Mardonius Xerxi, barbarus barbaro, demens dementi, laſciuienti domino ſeruus infœlix: quemnam exitum adulatio habet? Inſurgit Aſia, uapulat mare, contabulatur Helleſpontus, effoditur Athos. Quis huius ſtudij exitus? nimirũ clades ac fuga, & adulatoris cædes ipſius. Sed Macedones adulãtur Alexãdro: adulationis effectus, anaxyrides Perſicæ, & barbaricæ adorationes, Philippi, Herculis, totiúſque Arguæ
27 familiæ obliuio. Quid oportet recẽſere tyrãnidas? ubi enim gẽtiũ metus ac licẽtia uigẽt, ac dominatio premit ſubiectos, ibi neceſſe eſt adulationẽ florere, & amicitiã

penitus obrui. Eſt etiam in hominum ſtudiis, & in ipſis artibus adulatores inſpicere, ſpecie quidem perſimiles, opere uerò diſſimiles. Nã & muſica ignobilior adulatione homines cœpit, ubi Dores patriam illam ac montanã muſicam linquentes, inter armenta ac pecudum greges, clamorum, tibiarum, ſaltationúmque amatores effecti: muſica ſimul cum ipſa degenerem uirtutem reddiderũt. Medicina etiam degener, ad adulationem ſe tranſtulit, quum primùm homines, AEſculapij diſcipulorúmque eius curatione relicta, ſtudia illius artis, coquinaria ſimilitudine infecerunt, prauorum ſcilicet corporum adulatores nocentiſſimi. Oratori & ſycophanta adulatur, orationem aduerſus orationem exacuens, iuſto iniuſtum, honeſto muniens turpe. Sophiſta denique philoſophiæ adulator exiſtit. at hic adulatorum omnium multo eſt peſſimus.

VITAM ACTIVAM MELIOrem eſſe contemplatiua. Sermo V.

M*AGNI negotij eſt, perfectam uiuendi rationem inuenire, perinde atque hominem perfectũ. adeò omnibus ſtudiis inopia quædam miſcetur, quæ ea non ſinit pulchritudinem illam contingere extremam. Nos uerò perfectiſſimum eſſe illũ dicimus, cui deſunt pauciora. Quamobrem uidere ruſticos eſt, ob opinionem iucundæ ac floridæ uitæ, fœlicitatem ciuibus inuidere. Viciſſim uerò, qui conciones ac iudicia frequentant, & in his authoritatem obtinent ſummam, propriam conditionem deplorantes, & raſtros & agellum habẽtes in uotis. Audias etiam eos qui militiam ſectantur, otioſos homines in cælum efferre:*

contrà, otioſos ipſos admirari militiam. Quòd ſi contingat aliquem deorum his uiris (ut in fabulis mos eſt ſcenicis hiſtrionibus fieri) habitum conditionis præſentis auferre, & alterum concedere cupitum: uideas rurſus eoſdem illos priora requirentes, odiſſe præſentia. adeo hominis ingenium rem nullã perpetuò probat, &
28 *ſemper eſt querulum, moroſum præterea, ac propriis rebus minimè contentum. Nam multitudinis cupiditates ac faſtidia quid conſiderare eſt opus? haud quidem magis quàm brutorum ipſorũ. at ipſis ſuccenſere philoſophis, uel eos potius miſereri oportet, qui propter prudentiam, propter induſtriã uitæ, propter rationis peritiam elati, nullum adhuc contentionibus ac diſputationibus inter ſeipſos & aduerſus alios terminum ſtatuũt, dum eam uiuendi rationem exquirunt cui ſeipſos potiſſimum committant. Enimuero perſimiles uidentur eorum gubernatorum, qui quum ſe pulchrè ad nauigandum inſtruxerint, decenti magnitudine nauibus, firmo apparatu, inſtrumenti nautici copia, nautarum ad nutũ obſequio, cautionibus artis, moderato ſaburræ libramẽto, ubi uſus nauigationis expoſcit; titubant hærentque ancipites in quam partem ſe uertant, multis quidẽ portubus ante oculos conſtitutis, quibus omnibus haud tutò te credas. Quamobrem alios omnes cum ſuis uitæ profeſſionibus ualere ſinamus, ut eſt deliciis diffluere, terræ ſuſtinere labores, errare in mari, mercenariam militiam ſequi, in concionibus ſtrepere, in iudiciis uolutari. Nam ut in certaminibus inſpicere eſt, qui imbecillũ obtinent corpus, & inconſultis uiribus temere in certamen ob ſpem uictoriæ deſcendunt, eos paulo pòſt ſub labore*

deſicere: pares uerò uirtute præſtare, fortiter ſuſtinere certamen, ac pro aſſequenda uictoria ad extremum uſque pugnare: ſic etiã certantibus profeſſionibus uitæ, alias quidem omnes reprobare ac pellere de ſtadio oportet. ſpeculatiua uerò & actiua quandoquidem ſtudiis inter ſe appoſitis concertare uidentur, in certamen deſcendant, rationis armis ad pugnandum inſtructæ. Vtra uerò priores dicendi partes iudicibus nobis accipiet? Equidẽ cenſuerim eam præponi debere quæ dicitur actiua. fidentis enim animi eſt, & ad agendum expeditior, aſſueta præterea multitudinis frequentiam ferre: cuius ea oratio ſit, SI QVIS *inter mortales eã poteſtatem acceperit, ut quemadmodum uel princeps, uel ciuitatis conditor alicuius, eos qui in hanc uitam deſcendunt, non prius intrare permittat, quàm ſedulò ſingulos quoſque percunctetur, quonam opificio inſtructi, aut quo negotio freti, publicam rem iuuare poſſe ſe credant: opinor architectus reſpondebit, quòd lapides arte atque ordine connectens, conſtruet ſeptum ad re-*
29 *pellendos æſtus atque hyemem ab habitatoribus eius, tutiſſimum perfugium. textor, quòd ex tenui filo ſubtegmineque adhibita textura, indumenta conficiet, quæ corporibus hominum, tegumenti ſimul commoditatem, ſimul etiam præſtent ornamentum. carpentarius, quòd aratrum alligabit, aut ſcamnum, aut aliud quidpiam quod lignaria ars in uſum hominum conferre conſueuit. Quid ærarius faber? daturum ſe profitebitur uel belli uel pacis inſtrumenta, quæcunque ſolent ex ære ferrôue cudi: quæ præterea eadem ab arte (nam & hæc recipi debere par eſt) ad uoluptatem hominum ex-*

trui poſſunt. pictores ac ſtatuarij dicent, oculorum ſe delectationibus ſeruire. unguentarij ac dapium ſtructores nobilitatem artificij ſaporum atque odorum iactabunt. Denique quiſquis tibiis, cantibus, fidibus choriſue oblectamenta aurium parit, etiam ſcurræ, præſtigiatores, & qui dicendi induſtriam tenent, fiduciam habebunt utilitatis artis propriæ probandæ. Homero Nirei forma ſatis opportunam cauſam præbuit cur eum etiam in caſtra reciperet Græcorum. Nemini etiam aditus patet ad uitam, qui minimè ſymbolam (ut dicendi mos eſt) deferat ſecum, id eſt, facultatem aliquam reipub. iuuandæ: & huc afferat aliquid eorum quibus homines utuntur, artem alius, alius uoluptatem. Quæ quum ita ſe habeant, quamnam operam philoſophus afferat, ut non inutilis, neque ut quidam quodammodo fucus inter apes, nobis adueniat? Nam, homo quũ ſit, palàm eſt eum iiſdem cum cæteris, legibus teneri, & earum pariter operarium eſſe. Verùm ſcire oportet quali collatione ſeipſum communioni mortalium commendet, aut in quo locandus ſit ordine. Vin' ipſum inter opifices poni, quemadmodum Tychæũ? inter coquos, ut Mithecum? inter oblectatores hominum, ut Phrynonem? inter ſcurras, ut Philippum? inter populi duces, ut Cleonem? An potius eum, erronem aliquem ſine tribularéque cenſebimus? Dices eum minimè immunem operis eſſe, non tamen ſatis cognitum habere cuiuſmodi id ſit. At ipſe declarat, Quietẽ, inquiens, ago, mecúmque ipſemet exiſtentia conſidero, & ueritate ſaturor. Nimirum beatus appares qui tantum tibi comparaueris otij, ut nauẽ nequaquã eo propoſito inſcẽderis,

ut uices uel gubernatoris, uel remigis ageres, útue unà cum cæteris nautis concurſans, laborãti ſuccurreres naui. Quid dura hæc officia narro? quando neque ita expeditus exiſti ut uelis tractandis rudentibus manum apponere, aut ſaltem remos in tranquillitate contingere: ſed potius is ſis qui temere iacens rectúſque premas nauem, ut incommodum onus. An *putas ciuitatem minus egere eorum officio per quos ſalutem ſuam conſequi poſſit, quàm naue in freto?* Opinor, *multo plus opis terra ipſa deſiderat quàm mare: in qua uidelicet puſillum eſt quod operam impendit, ſarcina autem ferenda prægrandis.* Ciuitas *enim res eſt compoſita penitus ex cooperantibus ciuibus cunctis, quæ, perinde ac corpus, cuius neceſſitas multiplex eſt, multiplex obſequiũ requirit: ac niſi ab uniuerſis ſimul partibus obſequium accipiat, ſalutem ſuam tueri minus poteſt.* Ferunt *pedes, manus miniſterium exercent, aſpiciunt oculi, audiunt aures, cæteráque, in quibus immorari oratio non debet, peculiare aliquod officium impendunt.* Quòd *ſi uelit* Phryx *ille* AEſopus *fabulam cudere, quòd pes infenſus reliquo corpori, laborem tam grãdis ſarcinæ ferendæ detrectaret, quantam perdiu impoſitã antè geſtaſſet, ac propterea reuocare ſe ad quietem atque otium uellet: uel dentes itidem irati eſſent quòd cibum molerent, unde tam multa caro aleretur: quare repudiato communi officio, mallent rem propriam curare: ſi utrunque ſimul id fieri contingat, quidnam aliud fabula efficiat quàm totius hominis tabem?* Tale *igitur malum communioni accidit ciuili.* Nam *ſi unuſquiſque ignauia uẽdendi, dimiſſis importationibus ex*

*communione commercij in otium ſe referat: quidnam pro-
hibeat ciuitatem uniuerſam diſſolui deſtruíque?* AEdi-
*ficium, firmiſſimum robur, ex lapidibus cohærentibus
inuicem deuinctiſque ordine conſtat, ac diutiſſime per-
manet. quicquid harmonico huic complexui detraxeris,
uniuerſum ædificium diſſolues.* Tu *uniuerſam morta-
lium uitam à cohærentibus ſibi partibus ſalutem non
putabis accipere?* Reliquarum *ſi quæ ſe ab negotio auer
tent, earum nulla habetur ratio.* Therſites *ordinis pro-
prij deſertor, mœrorem nullum* Græcis *incuſſit.* At A-
*chilles exæſtuans ira, dum in tabernaculum abditus,
quietem atque otium ageret, citharæque ac cantile-
nis operam daret,* Græcorum *exercitum multis imbuit
malis.* Ita *enim natura eſt comparatũ, ut ex quo præſen-
te beneficium capitur, eo uiciſſim diſcedente, neceſſaria
iactura ſentiatur.* Q*uamobrem hic qui contemplatio-*
31 *nem, ueritatem atque otium amplectitur, quiſnam alius
eſt quàm ſapiens uir ac ualidæ mentis?* Q*uid igitur?*
Num *qui gubernandi eſt peritiſſimus, loco ceſſerit impe
ritis? aut imperio ceſſerit imperator illis qui artis im-
peratoriæ ſint ignari?* Q*uid uerò hoc etiam dignitatis
afferre poſſit, ut qui ueritatis ſcientiam habeat, theſau-
rum inertem, infœcundum, infructuoſúmue animo pa
ret, ex quo neque ipſe beneficium capiat, neque confer-
re in quenquam poſſit?* Niſi *fortè auditus eſt pulcher,
propterea quòd audire poſſimus, non autem ut per eum
intelligentiam conſonantiæ ac uocis habeamus: uel uiſus
pulcher, ut uidere poſſimus, non ut per eum ad ſolaris
lucis aſpectum accedamus.* Diuitiæ *præterea ideo bo-
næ, ut eas habeas depoſitas humi, otioſum & inutilem*

theſaurũ. Nã quæ ſit utilitas à ſcientia, ſi feriatus ab actione, ſcias ad quid utilis ſit ſciẽtia? Quẽ fructum medico ſuppeditet ars, niſi ſecundũ artis præcepta ſanitatẽ inducat? Quã utilitatẽ ſtatuaria Phidiæ præſtet, niſi eã optimè norit & ad ebur & ad aurum applicare? Sapiens ſanè erat & Neſtor: uerùm patet ſapientiæ fructus, in quo conſiſtit exercitus ſalus, ciuitatis trãquillitas, obedientia natorum, populi uirtus. Vlyſſes ſapiens, patent opera, eáque terra maríque:

Qui mores hominum multorum nouit & vrbes:
Qui reditum in patriam ſociis vitámque redemit.

Præter hos ſapiens etiã Hercules: haud is qui ſibi ſaperet ſoli, uerùm qui ſapientiam propriam per uniuerſam terrã ac mare propagauit. is enim ſuſtulit feras, is tyrannos ad ſanitatem mentis redegit. is homines ex ſeruitute in libertatẽ uindicauit: libertatẽ legibus muniuit. iuſtitiã fundauit. inuentor legũ, caſtigator uerborũ, moderator actionũ. Is ſi uitã à laboribus abducẽs, eã in quiete atq; otio cõſtituere, ſapientiãq; ſine negotio ſequi maluiſſet: Herculis loco ſophiſtam haberemus, nemóque illum auderet filium Iouis appellare. Nam nec Iupiter ipſe otium agit, qui ſi ceſſet feriatus, ceſſare etiam cogatur & cælum ab agendo circuitu. ceſſet item nutrire & tellus, fluere amnes, pelagus excipere: ceſſent uiciſſitudi
32 nes anni, ſortiri munia Parcæ, canere Muſæ, ceſſẽt præterea hominum uirtutes, animalium ſalus, procreatio fructuũ. uniuerſus deniq; orbis ab errore diſtractus, in confuſionem ſimul ac perturbationẽ incurrat. Iouis negotium indefeſſum penitus eſt, continuum ac uigilantiſſimum, quod nunquam aut deficiat, aut etiam ab opere

recedat. perennem enim ſalutem uniuerſis rebus effundit. Idem *facere reges optimos ſibíque perſimiles monet in ſomnis,*

Non noctem penitus totam decet eſſe ſoporum,
Cuius conſilio populúſque ac multa regantur.

Hoc *qui intueatur philoſophus, minimè imitabitur* Iouem, *Herculem, reges ac principes probos: ſed potius uitam ſequetur hominis in ſolitudine nati: unus cœtum hominum oderit,* Cyclopeæ *potius uitæ quàm humanæ ſectator.* Nam *ſolitarij* Cyclopes, *quum triticũ atque ordeũ ab ipſa caperent terra, nunquã tamen uel arbores ſeruerunt, uel humũ ratione exercuerunt.* Verũtamen *quũ liberorũ mulierũmque educandarum curam aliquam gererẽt, non omnino negotium aliquod non obibant.* Omnino *autem extra negotiũ eſſe, ad quẽ potius quàm ad mortuũ pertineat?* Enimuero *ſi negotium uirtute uacuũ eſſet, haud turpiter, uirtutem ſequẽtes, negotio carerẽt.* At *ſi uirtus hominis non in uerbis, ſed in actione, in ipſa negotiatione communi atque uſu politicæ uitæ conſiſtit, ea ipſa ſequenda homini ſunt, quibus uirtutem comprehendere poſſit.* Nam *uitium paſſim capere eſt. at, ut ait* Bœotus *poeta,*

Virtutem ante ipſam ſuperi poſuere laborem.

Nimirũ pulcher erit athleta, qui ſine ſudore coronari cõtendat. At *uerò eum qui negotium capeſſit, uel pericula, uel damna, uel inſidiæ, uel inuidia, uel exiliũ, uel nex, uel ignominia ſequẽtur.* Age *igitur, ſi gubernator nauis ea cogitatione deterritus eſſet, quòd nauigandi negotiũ lubricũ foret, periculis, laboribus, incertitudine, uen-*
33 *tis ac tempeſtatibus refertum: ſi eadẽ permotus imperator, incertitudinẽ bellicæ fortunæ, quæ æqualitatẽ di-*

ſcriminis uoluit utrobique eſſe communem) proximámue mortem formidaret: quidnã impediat quin ex hac ratiocinatione nauigatio funditus intereat, libertáſque duntaxat in ſomnis habeatur? uniuerſa denique hominum uita minime differat à uermibus, ſubmiſſione, ignauia ac formidine oppleta? Sardanapali uitam narras, Epicuri uitam effingis. At Cyrum Sardanapalo ſtatuamus aduerſum, Aſſyrio uidelicet Perſam, qui quum poſſit in otio degere, & in tranquillitate uiuendi permanere: maluit per laborem ac militiam, per tolerantiam ſitis ac famis, per diei ac noctis fatigationẽ continuam, aſſerere in libertatem Perſicum genus. At quem aduerſus Epicurum ſtatuemus? nimirum Græco homini Græcos oppido multos: ex academia uidelicet Platonem: ex exercitu, Xenophontem: Diogenem ex Ponto. Plato igitur unius hominis amici, exulis ac minime diuitis gratia, aduerſus magnam ac ualidam tyrannidem ſtetit, terreſtri ac maritima peregrinatione, eáque admodum longinqua ſuſcepta: inimicitiã tyranni qui ſuſcipere in ſe ueritus nõ ſit, nec uarios caſus periculáque exhorruerit, ne philoſophiæ proderet morẽ: quum tamen ei licitum eſſet in Academia contemplationi uacare, ac ueritate ſaturari. Xenophon inuitatus à Proxeno Apollinis oraculo, hortatu Socratis mittitur ex multo otio contemplatione que ad exercitum ipſum, exercitúſque imperium, ad Græcorum decem milium ſalutem. Nam quid oportet recenſere Diogenem? qui repudiato proprio otio, peregrinationem continuam obibat, ob conſiderationem humanarum actionum. minime profectò ignauus præſes ac negligens, uerũ qui Vlyſſis illius exẽplũ ſequeretur:

Qui ſiquem inueniat regem ac virtute ſupremum,
Contineat placidis verbis,atque adſtet eunti.
At ſi quem media videat de plebe ſtrepentem,
Hunc ſceptro impellat.

34 *Sed neque ab ipſo continuit manus,uerùm & plagas & negotium exhibuit,*

Incutiens fœdæ terrorem verbere plagæ,
Percutiénſque humeros.

Mitto dicere quòd optimus uir qui in actione uerſatur, minime tergiuerſator, neque improbis cedens, & ſeipſum conſeruat, & cæteros quoque ad bonam frugem conuertit: cedens uerò & tergiuerſator, temeritatem, inſolentiam audaciámque improbis accumulat, & rem propriam prodit.

Percutiens humeros, Quonam fugis improbe dixit. *Mane, conſiſte, atque ictus ſuſtine: minime terrere: cum contemptiſſimis hoſtibus negotium eſt. ictus quibus impeteris, inanes ſunt. Quò fugis? irruentem nemo te ſuſtinebit, fugientem uerò paſſim omnes percutiēt, ut Aiacem Troiani, ut Athenienſes Socratem, à quo antè ceſſatum non eſt, quàm omnino ille deiectus. Quomodo igitur qui in mediis hoſtibus uerſetur, uiuat ſecurus? Nam quid hoſtilius hominum uirtuti quàm improbitas ſumma? Sub arcem me recepi, Socrates ait, quum cernerem cæteros ſalo atque inopia conſilij perculſos. Oſtende Socrates tutam iſtam arcem, in qua conſiſtens paruipendam hoſtium ictus: eámne ais arcem in quam tu te quoque receperis? Video ictus, Anytos multos, Melitos multos, expugnabilem arcem.*

VITAM CONTEMPLATIuam meliorem eſſe actiua. Sermo VI.

VBI quis conſtituto iudicio reus agitur, nimis
utique oneroſus erit is iudex, qui minimè
æquabiliter utriq; dicendi pro ſe locũ aſ-
ſignet, in hoc potius tyrannum quàm iudicem ſe præ-
bens. Nunc itaque tametſi forenſia iudicia calculis ac
fortuna gubernentur, qui modus à philoſophiæ cõſuetudi-
ne abhorret: tamẽ quia apud hanc quoque ratio ratio-
nẽ redarguit, amicus amicũ; quæſtióque ipſa ueritatem
uenatur, ac huiuſce ueritatis probatio ſpeciem iudicij ge-
rit: age, demus hodie operam alteri ſermoni, defenſionis
35 partes capienti, ac propterea ſiſtamus, tanquam iudici-
bus, merum naturæ ſpeculatorem, qui accuſationi reſpon
deat. Accuſatio autem talis, aut tali ſimilis eſto: Anaxago
ras Clazomenius Clazomeniis iniuriã facit, qui quum
genitus ſit in terra ac ciuitate Clazomenia, conſors præ
terea ſacrorũ, cæremoniarũ, legũ, educationis, cætero
rũque omniũ quæ etiã reliquis Clazomeniis cõmunia
ſunt, eos nihilominus tanquã feras aliquas fugit, neq;
ſe cæteris Clazomeniis, aut in concionibus, aut in Dio-
nyſiis, aut in iudiciis, aut uſpiam miſcet: uerùm quan-
tũ ad eum attinet, uaſtitati addicitur ager, ſolitudo oc-
cupat lares: quũ apud ſeipſum ſolũ diuerſetur, mirabi-
lémque philoſophiã ſurſum ac deorſũ uerſet ac ſcrute-
tur. Et accuſatio quidẽ ita ſe habeat. Reſpõdet Anaxago
ras hoc modo, LONGE abeſt, uiri Clazomenij, ut iniu
riã uobis ullã intulerim, quippe qui mihi ipſe cõſcius ſim,
neque unquã fortunas ueſtras peccato aliquo meo mino-
res effectas, neque quantum opera mea fieri potuit, ci-

uitatem Clazomeniam obſcuriorem inter cæteros Græcos redditam eſſe. Præſtare etiam meipſum puto in commercijs priuatis, minimè uel moleſtum uel iniquum: legum præterea adminiſtrationiſque ciuilis, à quibus ornamentũ uniuerſa ciuitas capit, minorẽ ciuibus alijs rationem non habeo. Sequitur ergo, ut qui uobis iniuriam non facio, ſi idem ipſe in quotidianis proprijs ſtudijs inque eligendo habitu uitæ, iudicio fallor: abſolui penitus debeam ab accuſatione communiter læſæ ciuitatis: uóſque in quo meipſo ac proprijs rebus abutor, non quidem accuſatorem conſtituere, ſed potius præceptorẽ præbere debeatis. Exponam enim uobis integram cauſam meam, omni depoſito rubore: quanquam præclarè intelligo, pateſacto propoſito meo, obnoxium ſubinde me fore qui à uobis irridear. Ego reip. uires, communionem uiuendi, claritatem operum, uſum uiuendi, omnia hæc plurimi in ciuitate fieri debere, noſſe me minimè diffiteor. Neque etiam illud, ea ſcilicet ipſa in quibus conſtituta ſumma dignitas eſt(ſi quidem pro modo uirtutis decenter atque honeſtè tractentur) magnam utilitatem ei qui ita utatur, afferre: uiciſſim uerò, qui illis abutatur, eum & debilitare & omnino proſternere, quin neque eum ſiuere, improbitatem ut ſuam, qualicunque ille
36 exiſtat inquinatus, tegere poſſit. Poteſtates nanque uiros conſpicuos efficiunt, quorũ geſta quantum ab honeſtate deſciſcunt, tãtundem uitia produntur in apertum. Quiſquis igitur bona præditus mẽte atq; conſilio fuerit, is quũ ſplẽdorẽ atque exiſtimationẽ in tuto collocauerit, ſolidos iã è ciuili facultate percepit fructus. Qui uerò inops mẽtis atq; ignarus aggrediatur ea negotia, qui-

bus ciuilis utitur facultas: hunc proculdubio oportebit ignoratione artis ac inſtrumentorum inopia grauiter labi. Hæc ego mecum reputans, contemplationi potius mihi uacandũ eſſe exiſtimaui. Verùm ſicut latere non potero, ſi indignus ad rem publicam accedens, grauiter in eam delinquam: ita neque uobis eſſe propterea iniurius putandus ſum, quòd à publicis muneribus abſtineã. Neque uerò ſi iuſſu ueſtro ſuſcepturus ordinem eſſem inter eos qui concinunt in choro, iniurius habendus ſim, ſi, antequam eruditam uocem haberẽ, minime uellem me immiſcere canentibus. Eapropter haud ita curaui, quemadmodum uillicum negotium meum bene ſe haberet. Conſtitui nanque eam uitæ ingredi uiam, ex qua, ſcientia animo aduenienſ, tanquam oculis lux, reliquũ iter tutiſſimum præſtaret. Hæc autem lux in Panathenaicis (quos dicimus) ludis, comparari non poteſt: neque uiæ ad eam ferentes, nugæ ſunt aut deliramenta uerborum, non uillicæ curationes, non forenſia ſtudia, non popularia commercia: uerùm amor ueritatis, atque exiſtẽtium rerum ſpeculatio ſtudiũmque quod huic negotio impendatur. Igitur quum in hanc uiam me dederem, ducentibus rationibus parui, inque obſeruandis ueſtigiis uiæ, conſiderationem poſui ſummam. Res itaque meæ ita ſe habent. Quòd autẽ ita me gerens, optimè ac iuſtiſſimè rebus ueſtris proſpicio, rationem in preſentia afferã. Reſpublica conſeruari deſiderat, non me Hercule in eo, ut habeat mœnia firmiſſima, ut integra naualia, non item ut naues paratam habeant nauigationem: ut porticus, ut luci, ut gymnaſia, ut fana, ut theatra inſtaurationibus ſeruentur. (quibus ſi uel hoſtilis

*iniuria, uel ignis, uel aliqua alia calamitas parcat,
ea nihilominus tempus abſumat.) ſed potius reipub. ſa-
lutem intelligo conſiſtere in compoſito more ciuitatis at-
que eius adminiſtratione decora. Quæ quidem nequa-
quam aliter effici poſſunt quàm optimarum legum mi-
niſterio. Optimas leges cuſtodit utentium uirtus. uten-*
37 *tium uirtus ab ratione exoritur: ratio exercitatione con-
ualeſcit: exercitationem perficit ueritas: ueritas non ni-
ſi per otium quod in ea aſſequenda ponatur, haberi po-
teſt. Haud enim aliud inſtrumentum apparet, quo uir-
tutem comprehendere poſſimus, præter quam ueriſſima
ratio, à qua exacuitur animus & accenditur. Quo fit
ut accenſus ea diſcat quæ nunquã aliàs uiderit: quæ
didicerit, ea & fideliter cuſtodiat, cuſtoditis utatur: utẽs
nunquã labatur. Hic eſt propoſitus fructus iis qui diſci-
plinarũ ludos ſcholáſque frequentant: qui ueritatẽ aſſi-
duè meditantur, qui rationẽ arte uenantur, eámque ef-
ficiunt ualidam, qui animum inſtruunt, qui probitatem
plurimũ exercent. Aut igitur nihil hæc ad aſſequen-
dam pulchritudinem conferunt, aut conferunt quidem,
non tamen uel diſciplina uel exercitatione traduntur,
ſed potius caſu temeréque ultro nobis adueniunt: rem
profectò quam ſæuam appelles, grauiſſimáque accuſa-
tione perſequare. Si uerò nemo unquã ita inſanit, ut id
concẽdere audeat, cauete ô Clazomenii, credere quòd
ueritas, ualida ratio, uirtus, ſcientia legis ac iuſtitiæ
comprehendi aliter poſſit quàm proprio quodam nego-
tio, quod aſſequendis illis animus impendat. Neque
(me Hercule) facilius quàm ſutorem optimum fieri eum
qui nunquam ſutoria tractauerit: aut ærariũ fabrum,*

*qui circa caminũ atque ignẽ minimè aſſiduus fuerit:
aut gubernatorẽ nauticæ artis expertẽ. Quorum igitur
negotium in huiuſmodi cura uerſatur, tantùm abeſt ut
iniuriam uobis inferamus, ut, ſi repudiato eo, uaſtitas ac
ſterilitas quædã animum occupet: ob eam maximè cau-
ſam, accuſationi, & quidẽ grauiſſimæ, obnoxij eſſe de-
beamus. Ab his igitur cauſis fieri puto ut noſtra hæc, iu-
ſta ſimul & ueriſſima ſint. Hæc habui uiri Clazomenii,
quæ uobis ad obiecta reſpõderem: de quibus æquum eſ-
ſe exiſtimo uos nequaquam præproperè calculum fer-
re, ſed potius tãtulam interponere moram, donec eorum
omnium quæ in medium attulimus, mecum ſpectatores
effecti, propriis ea oculis comprobare poſſitis, ut ſi qui-
dem in his utilitas aliqua appareat, reipſa edocti, ab
accuſatione me liberum eſſe iubeatis: ſin ſecus, uos cal-
culum pro uoluntate animi ueſtri feretis. nos uerò tunc
denique ſeriò ac grauiter conſultabimus. Hæc ita di-
cente Anaxagora, cauſâmque ſuam his rationibus tuen-
te, Clazomenios nihilominus credere par eſt ab riſu
nequaquam temperaturos eſſe, apud quos plus accuſa-
tio quàm Anaxagoras fidei haberet. Nec propterea A-
naxagoras ipſe minus uera loquutus fuerit, tametſi eo-
38 rum ſententiis condemnetur. Sicubi uerò gentium extite-
rit iudex, minimè creatus fabarum ſuffragiis, ſed do-
ctrina, quæ ſola nimirũ creandis iudicibus uera confert
ſuffragia: apud hunc non tanquam iniurius homo ſit,
accuſatúſue iudicio, partes ſuas tuebitur, uel Anaxago-
ras Clazomeniis, uel Heraclitus Epheſi, uel Pythagoras
in Samo, uel Democritus Abderæ, uel Colophone Xe-
nophanes, uel Parmenides Eleæ, uel Apolloniæ Dioge-*

nes, uel alius quiſpiã beatorũ illorum uirorũ: ſed potius æquiſſima diſputandi perſuadẽdique accepta facultate, apud ſapientes ſapiẽter, apud fidos fideliter, apud diuino ſpiritu afflatos, diuinè loquetur: dicẽtque animam hominis in tres potentias, tria loca, tres naturas diſtributam eſſe à deo, qui, tanquã ciuitatẽ aliquam cõderet & ad cõuictum cõgregaret, principẽ ipſum ac ciuitatis conſultorem cõſtituit in arce, ſolúmque illi ratiocinandi munus aſſignauit. Alterã autem animæ partem, in qua uigor, efficacia & aptitudo quædã ineſſet perficiendorum conſultorũ, uinculo quodã obſequii, quod explẽdis mandatis impẽdere deberet, cum principe ipſo conſultoréue coniunxit ac miſcuit. Tertiã deinde partem, quæ iners quodammodo multitudo dici poteſt, petulans, ſordida, referta cupiditatibus, cupidinibus, uoluptatibúſque diuerſis, tertio in ordine ueluti plebem ignauam, multiuolam, multis affectionibus obnoxiam ac furioſam locauit. Hoc igitur modo diſtributione animæ facta, iuſſáque uniuerſà ſimul ea munia obire quibus regẽdus eſt homo, fieri uix poteſt quin inter partes ita compoſitas altercatio unquã oriatur, idipſum propriè malũ quod ciuitates uexare cõſueuit. Quarum quæ beatiſſima eſt, gubernationem regiã aget, cedẽtibus nimirũ reliquis partibus ei quæ ad principatum moderãdũ genita ſit. quæ uerò huc fœlicitate inferior ſecundáq; eſt, ea aliquorũ potẽtiã qui coniũctim pro principe ſe gerũt, ἀριστοκρατίαν, id eſt, optimatũ potentiã appellãs. Regia quidẽ deterior eſt, ſed δημοκρατίας, id eſt, populari potẽtia melior, firma profectò & in actionibus efficax, conſtitutáq; inſtar uel

Lacedæmoniæ, uel Creticæ, uel Mãtineæ, uel Pellenæ, uel Theſſalicæ reipublicæ, ambitioſa, uidelicet, contentioſa, altercatoria, curioſa, ad agendum parata, confi-
39 *dénſque. Tertium reip. genus, ſpecioſum nomen* δημοκρατίας*, id eſt popularis potentiæ accepit. Sed uerius* ὀχλοκρατία*, quod eſt potẽtia plebis, dici poteſt; imitatûrque uel Athenienſium, uel Syracuſanorum, uel Mileſiorum rempub. uel aliam quampiam, cuius robur in multitudine uigeret, multitudo non eadem ſentiret, petulans eſſet, ex colluuione undequaque conglobata.. Tribus igitur reipub. formis conſtitutis, ſingularum imagines intueri in anima hominis eſt: in qua ſupremum genus, quod ſpeculationem ſuſcipit, principem ac ciuitatis conſultorem imitatur, expeditum eſt à negotio atque opere. Secundum genus, cui ſecundus honos ac commendatio debetur, in actione ipſa conſiſtẽs, dicitur actiuum. Tertium uerò genus facilè dignoſcitur quemadmodum popularem potentiam reddat. frequenter enim eiuſmodi genus occurrit, uniuerſámq; animam depaſcitur: atque ideo ualere ſinendum, ſegregandúmque ab optimo eſt At ipſam ſpeculationem cũ actione conferre oportet, quòd ſcilicet utraque pulchritudinem aliquam obtineat. utra igitur præſtabilior erit? Reſpondet ratio: ſi utilitatem conſideres, præpones actionem: ſi cauſam, unde pulchritudo ipſa in actionem deſcendit, nimirũ anteferetur ſpeculatio. Nos uerò alterã alteri fœdere quodãmodo conciliare ſtudentes, dicémus in diſtribuendis ſupradictis animæ potentiis atque habitu uitæ, cunctos mortales, uel naturæ, uel ætatis, uel fortunæ habere rationẽ oportere. Natura enim alter ab altero differt. Nã*

qui minimè ualidus eſt ad gerendũ negotium, ad obeun
dam ſpeculationem expeditum nactus eſt animum . con-
trà, qui ſpeculationem non ſuffert, acriter agit. AEtas e-
tiam differentiam inter homines facit : iuuentutis enim
negotium eſt, ut ait Homerus, & à nobis probatur: Iuue
nem omnia decent. Philoſophus in iuuentute negotium
gerat, oret, rempub. capeſſat, militet, imperet. Nam
Platonis in Siciliam curſus, labores, ſtudiáque propter
Dionem ſuſcepta, opera fuerunt uigentis iuuentutis. Ver-
gens ad ſenium, ſuſceptus ab Academia eſt, ab otio pro-
fundo, ab optimis literis, ab ſpeculatione minimè labili;
eius exitus uitæ in uirtutis ampliſſimo campo conquie-
uit. Amo Xenophontis iuuentutem in opere, ſenectutem
in literis uerſari. Differt præterea quis ſecundum fortu
nam, quæ alium poteſtate atque actionibus ſepſit, aliũ
ad otium quietémque leniſſimam. Quorum alterum
laudo, qui, quum neceſſitas poſtulat, utrumque gerat. al-
terũ haud tãtùm laudo, ſed cenſeo beatum . idcirco bea-
tum, quòd otio fruatur : laudandum uerò, ob notitiam
rerum. Sed & eum qui ex Europa nauigauit in Aſiã,
ut AEgyptiam terram ſpectaret, ut uideret oſtia Nili,
Pyramides excelſas, aues peregrinas, bouẽ hircúmque,
ob earum rerum ſpectaculum cenſuerim beatum: etiam
ſi acceſſerit ad Iſtrum, ſi uiderit Gangem, ſi propriis o-
culis Babylonem, ſi Sardium amnes, ſi Ilienſia ſepul-
chra, ſi oram Helleſponticã inſpexerit. Sic & ab Aſia,
claſſes in Græciam tranſmittunt, uel ad Atticas artes,
uel ad animoſitatem Thebanorũ, uel ad Arguorum re
gionem peruidendam. Homero uiſus eſt ſapiens Vlyſſes
propter longitudinem erroris:

Qui mores hominum multorum vidit,& vrbes.
Vlyſſis ſpectacula, Thraces fuerũt, Cicones feri, Cimmerij ſolis expertes, Cyclopes peregrinorũ occiſores, uenefica mulier: inferni ſpectacula, Scylla, Charybdis, Alcinoi hortus, Eumæi ſtabulũ, mortalia omnia, momentaria omnia, à fide abhorrẽtia omnia. At philoſophi ſpectaculũ, ſcin' cui maximè ſimile duco? inſomnio nimirũ manifeſto ac circunquaq; uolitãti, cuius integro corpore manente, animus tamen in uniuerſam terram excurrit, ex terra effertur in cælũ, uniuerſum mare pertrãſit, uniuerſum peruolitat aerẽ, terrã ambit, cũ ſole, cum luna circũfertur, cæterorũ aſtrorũ iungitur choro, minimũ mque abeſt quin unà cũ Ioue cũcta gubernet atq; ordinet. O peregrinationem beatam! o ſpectacula pulchra! o inſomnia ueriſſima!

41 VTRVM RECTE PLATO DE ciuitate ſua expulerit Homerum. Sermo VII.

SYRACVSANVS olim ſophiſta profectus eſt Spartam, minimè quidẽ paratus elegãtiã orationis Prodici reddere uel Hippiæ uaniloquentiã, uel rhetoricen Gorgiæ, uel uiolentiã Thraſymachi, uel aliũ quempiã qui elocutionis negotiũ tractaret: ſed huius ſophiſtæ ſtudiũ eò tendebat ut conficeret opus quod uoluptatẽ haberet unà cum utilitate ipſa tẽperatam: quippe qui cõcinnandis dapibus ita operã daret, ut eſcas acceptas, ratione condimentorũ, temperamento uarietatẽq; atque ignis miniſterio, ueſcentibus iucunditatẽ præbẽtes, meliores multo quàm pro natura propria efficeret. Quã ob rẽ clarus habebatur Mithecus apud Græcos, atq; adeò in cõſtruendis dapibus clarus, ut eã dignitatẽ quã Phidias à ſculptura ſumpſiſſet,

exæquaret. Acceſſit autẽ Mithecus ad Spartanos, quò
tẽpore in principe ciuitate exercentes imperiũ generó-
ſè admodũ dominabãtur, cõſequi ſperãs ut ars ſua, pro-
pter quam clarus apud cæteros eſſet, apud Spartanos
quoque exiſtimationẽ acciperet. Quod tamen contrà ac-
cidit. nam Lacedæmoniorum magiſtratus hominem uo-
cantes, illico migrare eum è Sparta in aliam terrã at-
que ad alios homines iuſſerunt: quũ dicerent ita aſſue-
tos Lacedæmonios eſſe, ut eis potius labor quàm lenoci-
niũ dapiũ, edendi deſideriũ excitet: quippe qui in cu-
randis corporibus, nullis illecebris, ſed potius ſimplicitate
uictus utentes, ea nihilominus quàm leones à coquina-
rijs blãdimentis libera haberent: itaq; in eũ locũ abiret
ubi coquinariæ habitus honos, ob uoluptatẽ atq; utilita-
tem iure artifices etiã ſuos cõmendaret. Quocirca diſ-
cedens Mithecus è Sparta, ſecũmque artem ſuã expor-
tans, non propterea minus libenter exceptus eſt à cæteris
Græcis, qui indulgentes uoluptati cõplexi hominẽ ſunt,
nequaquã eũ Lacedæmoniorũ exemplo, à quibus inho-
noratus abiiſſet, contẽnentes. Vtamur & imaginibus a-
lijs, ſi expedire uidetur, ad præſentem ſtruendũ ſermo-
nẽ, arte præſtabilioribus Mitheci. Thebani tibiarũ ſtu-
diũ habẽt, éſtq; uniuerſæ Bœotiæ uernacula muſa, quæ
modulatione tibiarũ delectatur. Athenienſes eloquen-
42 tiam exercent, quorũ ſolertia nihil aliud ſpectat quàm
oratoriæ cultum. Inſtitutiones Creticæ in uenationibus,
in montanis itineribus, in iaculando currendóque cõſi-
ſtunt: Theſſalicæ in equitãdi peritia habẽda. Cyrenæi
agitant currus. AEtoli graſſantur. Iaculãtur Acarnanes.
Thraces in utendis bene peltis operam ponunt. Naui-

gãt inſulani.Et,ſi multarũ nationũ diſciplinas ad alias nationes tranſferre uolueris,labefactaueris artes.Nam quid mediterraneo cũ nauibus? quid muſicæ inexperto opus eſt tibijs? quid mõtanis opus eſt equis? quid curſorijs arcis,incolẽtibus plana? quid arcũ grauis armatura requirat? quid ſagittarius ſcutũ? Si igitur uariæ gẽtes peculiaribus artibus gaudẽt,quæ uel quadrãt utentiũ ingenijs,uel earũ ab initio amor etiã genuit ſtudiũ: neq; res per ſe quælibet omnibus idcirco uel eſt in pretio,uel cõtemnitur, propterea quòd quibuſdam: ſed ex utentium cõmodo probatur ac placet: quid prohibet pulchræ huius reipub. ciues, quos inſtituens Plato legibus nouis diuerſiſque à cæterarum gentium moribus degere iuſſit, rationẽ aliam ſequi,eóſque domeſticis quibuſdam ac legitimis ſtudijs teneri? quæ teneris inoleſcẽtia ingenijs,pro utẽtium uſu exiſtimationem ſumpſerũt, neque tamen apud alios probãtur, propterea quòd minimè cum ſuis moribus conueniant. Nam ſi ciuitatem cum ciuitate, ciuilem inſtitutionem cũ inſtitutione ciuili, leges cum legibus,educationem cum educatione conferamus: nimirum rationem aliquam habebimus inquiſitionis huius noſtræ ducendæ,per quam, propoſitorũ comparatione inducta, ſingulorum defectus teneamus. Sin uerò ex quodam uniuerſo propoſito abſciderimus partem,eámque per ſe, abſque eo quod comparetur, ad aliam perpendere uelimus, ínque ea perpendenda teſtibus uti,uel eiuſdem habentibus uſum,uel etiam minus habentibus: penitus fiet ut non ſolùm ea, quam dicimus, pars, ſed cætera omnia quibus mortales utũtur,ſeorſum à comparatione inſpecta, indifferenter æqualem ſiue approbationem, ſiue improbationem aſ-

ſequantur, ut quòd propter multitudinem indicij in errore uolutētur. Etenim cibi, medicamenta regulæque ipſæ uiuendi, uniuerſa denique quæ uſibus mortaliū inſeruntur, minimè omnia omnibus eodem ordine reſpōdent: uerùm eadem res interdū aliquē iuuit, aliquem læſit, aliquē gaudio, aliquem moleſtia affecit. idcirco
43 *quòd ſingulas has uel modus utendi, uel opportunitas tēporis, uel ut æ ſubiectū, aliis atque aliis diuerſas oſtē dit. His itaque ſic ſe habentibus, mutato ſermone rurſus conſideremus* Homericā *cauſam, & quidē æquiſſimè, fugientes illorum exemplum qui propterea quòd delectantur* Homero, Platonem *oderunt, uel illorū, qui* Platonem *admirantes, ſuccenſent* Homero, *quando inter alterius atque alterius factum nihil interſit, ſed maxi mè liceat ſimul &* Platonem *laudare, &* Homerū *admirari. Licet autem hoc modo:* Plato *rempublicam ſuā ſpeculatione quadam mentis magis exquirit, quàm ut* Creticam *aliquam, aut* Doricam, *aut* Peloponneſiam, *aut* Sicilienſem, *aut medius fidius* Atticam *inſtituat. Qui ſi uel has uel harū perſimiles formet, tantum abeſt ut unius indigeat* Homeri, *ut etiam prius in eam uo care cogeretur* Heſiodum *atque* Orpheum, *quamlibet præterea antiquam & poeticam muſam, ad mulcēdum iuuenum animos idoneam, eóſque regendos: qui conſue tudine atque illicio poeticæ uoluptatis allecti, ſimul cum ea ueras haurirent rationes, perblandæ poeticæ inſertas. Verùm id ſequitur* Plato *ut ciuitatem inſtruat, & rempublicam formet, quæ ratione penitus conſtans, magis reddat abſolutam aliquam formam quàm quæ mortalium uſibus occurrat. Qui modus ſeruari abſta-*

tuarius ſolet, pulchritudinis flores undecunque decerpẽtibus, eóſque ex diuerſis corporibus collectos, artificioſè uſqueadeo miſcentibus, ut eorum imitatio de uariis exẽplaribus ſumpta, unam tamen pulchritudinem pariat, eámque integram, perfectam, ac decore ſibiipſi reſpondentem. Neque *unquam inuenias corpus pulchritudinis adeò abſolutæ, ut ad ſimulachrorum præſtantiam accedat: ſcilicet* extremam *illam pulchritudinem* appetunt *artes.* At *rerũ præſentia quotidianúſque uſus artibus ipſis inferior multo eſt.* Ego *enim ita opinor, ſi contingat eam homines facultatem accipere, per quam, carnem, ueluti materiam quandam, pertractantes, ex ea formare aliqua corpora ſuopte arbitrio ualerent, fore ut opifices horũ corporum, pari ratione potentiã terræ, ignis, eorúmque omnium temperantes quæ inuicem cõ ciliata, corporũ conſtituunt naturã, componerent, uti par eſt, corpus nullis omnino uel medicamentis, uel incantationibus, uel obſeruationibus medicis obnoxium.* Horum *igitur aliquis ſi figulum audiat dicentem, homines huiuſmodi, quòd ea ratione compoſiti eſſent ut nequaquã* Hippocratis *curationibus egerent, oportere* Hippocra-
44 *tem ipſum coronatum uelleribus ac delibutum unguentis, in alium locum amandare, ubi uigentes morbi, eius operam expoſcerent, & medicinam honorabilem redderent: ſi, inquã, hoc aliquis audiat, ac propterea ſuccenſeat figulo, quòd* AEſ*culapij atque* Aſ*clepiadarum artem inhonoratam dimittat: nónne erit meritò ridendus, eum accuſans qui non propter ignominiam, medicinam expellat, uerùm quod ea ſuperflua ab illorum corporum uſu, nec propter utilitatem neceſſaria ſit, nec*

*propter iucunditatem expetenda? Quamobrem exiſtē-
te duplici cauſa, quare uel* Homerus, *uel* Heſiodus, *uel
quilibet alius, ob harmoniam poeticam adepti ſunt lau
dem, quòd ſcilicet proſint ac delectent: harum neutra
facit ut eorum carmina,* Platonis *reipub. conducant.* Ho*rum enim ciuium utilitas ab educatione perfecta neceſ-
ſariiſque dūtaxat auſcultationibus pendet: propterea-
que repudiat penitus quicquid uel licentioſè, uel pro-
prio ſenſu efficitur, uel etiam fabulas omnes quales
pueri è matribus audire ſolent, ab irrationali fama con
fictas, tanquam aduerſas penitus ei reipub. in qua ui-
gere debet educatio diligens, & aures ſuperuacuis uer-
bis eſſe occluſæ.* Neque *enim ſuſtinetur temere quic-
quam aut in ea oriri, aut in eandem aliunde inferri,
quod quidem uel narratione, uel inſtitutione, uel ludo,*
Homeri *deſiderium inducat, iucundè ſimul ac magni-
ficè opiniones de natura deorum extollētis, animóſque
multorum eo propoſito inuertentis, ut humili imagina-
tione depoſita, in attonitionem deueniant.* Id *enim agit
poeticus ſermo, quotieſcūque in aures incidit prauè in-
ſtitutas, ut eas ſonitu quodāmodo complens, minimè re-
ſpirare permittat, ad recipiendos eos ſermones quos te-
mere circunferat uulgus: ſed doceat potius, poeticam o-
mnē occultas introrſum ſignificationes habere, in qui-
bus (ut de diis fas piúmque eſt) diuina magnificè ſen-
tiat.* Vnde *autem humilitas ac negligentia omnis abie-
rit, quid ibi huiuſcemodi medicamentis opus eſt?* Inter*rogatus* Anacharſis *ab homine* Græco, *nū* Scythæ *tibiarū
uſu haberēt, reſpōdit,* Ac *ne uitiū quidē.* Alia *enim uo-
luptas aliā inuitat, quæ ubi ſemel fluere cœperint, nego*

tium efficiunt; quod nec diuidi propter cognationem, neque extingui, neque etiam poteſt inhiberi. In quo unũ duntaxat ſalutis modum inuenias, ſi ſcilicet uoluptatum fonte ſiccato, earum ortum obſtruxeris. Ob eã præcipuè cauſam, reſpub. quam conſtituit Plato, minimè uel uoluptati, uel ſpectaculis, uel aurium titillationibus aditum præbet. Si ergo poetice animos ad uoluptatem inducit, à Platone in ciuitatem non admittetur: multi autem magis propter utilitatẽ. Mitto dicere, reperiri apud hominũ genus reſpub. aliquas (quas non ſpeculatio ulla effinxit, ſed actio ipſa protulit in uſum, ad firmam ac legitimam uiuendi rationem) ignorantes penitus Homerum. Sero etenim Sparta poeticen recepit, ſero etiam Creta, ſero id Doricũ genus quod degit in Libya. Quæ tamen omnes laudem ſero haud conſequutæ ſunt, ſed ob antiquam uirtutem, maturè potius laudari ſunt coeptæ. Nam quid commemorem Barbaros? Omnino illi poeſin Homeri non didicerunt, & tamen apud eos uirtutẽ inuenias, ab Homeri carminibus deductam. Quæ ſi quidem inſeparabilis à carminibus eſſet, illi ipſi qui in theatris recitant uerſus, genus hominum ſtultiſſimũ, propter conſuetudinem artis, in beatitudine locati uiderentur. quod tamen haud ita ſe habet. Pulchra ſunt carmina Homeri, carminúmque pulcherrima & clariſſima cunctorum, dignáque quæ decantentur à Muſis, non tamen omnibus pulchra, nec perpetuò pulchra. Nam neque modulationibus muſicis una tantùm conſtituta lex eſt, aut unum conſtitutum eſt tempus. Pulchra in bello ea modulatio quæ Orthria dicitur, pulchra in comeſſationibus Parœnia, pulchra apud Lacedæ-

monios emb[illegible]ateria, apud Athenienſes cyclia: pulchra in perſequendis hoſtibus, quæ hortationis ſtimulos habet: pulchra in fuga, quæ receptui canit. Denique muſa omnis iucũdiſſima eſt, eius tamen utilitas non ubique omnibus eadem eſt. Homerum ſi iudicas in canendis fortibus uiris, dũtaxat uoluptatem ſpectaſſe, eum in numerum redigas petulantium ac debacchãtium uatum, qui ſecundum uoluptatem cum eo comparati, ſuperiores euadent, Homerúmque ipſum de oblectãdi laude deijcias. Qui etſi dulcis eſt, pulchritudo tamẽ uoluptate firmior eſt, eáque nõ id agit ut captandarũ oblectationũ opportunitatem inducat, ſed potius expoſita eſt laudi. at laus à uoluptate ſeiuncta non eſt, non tamen uoluptas propriè ipſa. Si uerò propter uoluptatem, Homerica eo modo amplexemur, quo ſolemus tibiarũ ac neruorum modulamina expetere, non ſolùm è repub. atque è diſcipulis Platonis, Homerum pellamus, uerùm ex Lycurgi Cretenſique ciuitate, ex omnibus denique locis ubi labores uigent cum uirtute coniuncti.

46 QVAE FVERIT AMATORIA ars Socratis. Sermo VIII.

VIR Corinthius AEſchylus nomine, puerum habuit Actæonem Doricum adoleſcentulũ, egregiíque decoris: huius amator erat Corinthius itidem iuuenis, ex genere Bacchiadárum. Bacchiadæ uerò inter eius temporis ciues longè principes erant. Adoleſcentulus itaque moderatus effectus, procacem amatorem contemnebat. Is nihilominus cum Actæonem unà cum cæteris Bacchiadis iuuenibus, uigiliis amatoriis laceſſeret, uino, tyrannide atque amore con

te initium ſumpſit . Epaminondas Thebanus ab Lacedæmoniis patriã liberat ſtrategemate amatorio. Adoleſcentulorũ pulchrorum cõplures iuuenes Thebani amatores extiterunt: hos Epaminondas unà cum amatoribus obarmans, ſacri eiuſmodi amoris ualidas inexpugnabiléſq; decurias ordinat, militũ uidelicet confertim ſe clypeis protegentium, ordine imperrupto: quales nec Neſtor ille, imperatorũ peritiſſimus cũctorũ, apud Troiã inſtruxit: neque in Peloponneſo Heraclidæ, neque Peloponneſii in Attica. Eò enim illa res tendebat, ut neceſſe prorſus foret ſingulos illo amatores uictoriã referre, uel æmulatione incenſos, quòd ſub amatorũ conſpectum decertarẽt, uel neceſſitate coactos, pro amiciſſimis pignoribus pugnandi. Sed & adoleſcentuli amantiũ uirtutẽ æmulabãtur, ueluti catuli quidã, in uenatione, antiquorum canum lateribus hærentes in curſu. Quorſum igitur, dices, Epaminondas, Harmodius, oratióque de amore iniuſto? Vt ſcilicet intelligas duplicẽ rem, cuius altera pars ad uirtutem feratur, altera habeat cum improbitate cognationem, uno homines nomine amorẽ appellare, eodem ſcilicet modo, & deum & morbũ nuncupantes: ideóque fieri ut amatores impuri ob ſimilitudinem dei ac morbi, impuritati ſuæ fucũ inducãt: probi uerò propter ancipitem affectionem, probitatem amoris multitudini nequaquam probent. Verùm ſicut in nummulariis contingit, ut diſquiri ſcilicet oporteat uter eorum ſagacius à probabili nummo adulterinũ dignoſcat: eúmque qui probabilis ſpeciem tantùm gerentẽ admittit, longè arceamus ab arte: qui autem ueram notam cognoſcat, hunc & artem callere fateamur: Eodẽ

pariter modo amatoriam artem, pulchri naturæ, ueluti
nummo cuidam, admouere oportet. Vbi enim pulchri hu-
iuſce ſuperficies apparet, quæ tamen pulchritudinem
nullam habeat introrſum, & ubi tam uerum quàm ap-
parens oſtenditur pulchrum: quiſquis ſpeciem pulchri
uera pulchritudine carentē concupiſcit, is neceſſe eſt ſpu-
rium atque adulterinum amatorem ſe prodat: contrà,
qui uerum ſimul atque apparens pulchrum ſequetur,
48 *erit amoris ueri legitimus amator. Quare his ita ſe habē-*
tibus, diſcutere ac membratim conſiderare debemus a-
matoriam rationem amantémque. Addendum etiā, So-
cratem inſpicere, quidnā ſibi uelint quæ de eo tantope-
re ſunt celebrata ſermonibus. Veluti quum de ſeipſo ait
Socrates, famulum ſe eſſe amoris: albā item lineam ad
pulchros, aut artificem peritiſſimum. ſed & præceptores
artis adſcribit, Aſpaſiam Mileſiam, Diotimámque Mā-
tineam. diſcipulos uult eſſe, Alcibiadē magnum, ſpecio-
ſiſſimum Critobulum, Agathonem delicatum, Phædrum
diuinum caput, adoleſcentulum Lyſim, Charmidē pul-
chrum. nullam præterea ipſe amoris ſui partem cui-
piam uult eſſe celatam: adeò cunctis in rebus licentioſos
uidetur imitari. Veluti quum ei propter Charmidē ſub-
ſilit cor, extumeſcítque corpus, quum Alcibiadem admi-
ratur, Baccharúmque inſanit in morem: quū ad Auto-
lycū, quaſi noctu ad lucem, oculos uertit. Denique quū
ciuitatem ex uiris optimis condit, legéſq; ſancit, iis qui
præclarum aliquod facinus ederent in pugna, mini-
mè aut coronas, aut ſtatuas, aut Græcas huius generis nu-
gas, præmium ſtatui, uerùm ſtrenuo huic oſculandum
permitti qui ſibi uideatur ex cunctis adoleſcentibus pul-
cherrimus.

cherrimus. O admirabilem mercedem! Ipſe autem fabulam fingens, amorẽ deſcribit aſpectu deformem, pauperem, quaſi fortunæ ſuæ perſimilem, diſcalceatum, humicubium, inſidiatorem, uenatorem, ueneficum, ſophiſtam, præſtigiatorẽ. & ut in uniuerſum loquar, omnia ferme illi impingit, ex quibus ipſe in Dionyſiis dicacitatem comœdorum pertuliſſet. Hæc autem quũ diceret, quaſi in medijs Græcis, domi, publicè in conuiuiis, in Academia, in Piræeo, in uiis, ſub platano, in Lyceo loquebatur. Et quum aliarũ omniũ rerũ ſcientiam diffiteretur, ut ſunt uirtutis rationes atque opiniones diuinæ, in quibus ualde placere ſibi ſolent ſophiſtæ: amatoriam tamen ſubiens artem, huius unius ſciẽtiæ negotiique profeſſorem ſe eſſe, ac ſcientiſſimum fatebatur.

49 *Quid quærit Socrates lepore orationis? quid ſignificationibus occultis diſſimulationêque ſermonis? Reſpondeat pro Socrate Plato, ſiue Xenophon, ſiue Æſchines, ſiue alius quiſpiam qui cum Socratis ſententia conueniret. Atqui nõ me tantùm admiratio habet, ſed etiam ſtupor, cur uir ille carmina Homeri ex admirabili illa politia iuuenúmque inſtitutione, unà cum Homero ipſo depelleret (ut eſt in prouerbio) uellere ornato atque unguentis poeta delibuto, haud aliam depulſionis afferẽs cauſam, quàm quòd per licentiam carminum, Iunonem ac Iouem in Ida concumbentes inducit, ab immortali nube contectos: quòd item Martis ac Veneris complexũ, quòd uincula Vulcani, quòd potum riſúmque inceſſabilem deorum enarrat: quòd Apollinem fugientem, Achillem perſequentem canit, immortalem ſcilicet deum ab homine mortali fugatum: quòd plorantes deos effin-*

git, Me miſerum: egóne Sarpedonem chariſſimum omnium uirorum? Iupiter ait. Thetis uerò, Heu mihi næ ego infœliciter peperi. Alia præterea multa in quibus Homerus etſi ſignificationes abdidit tectas, eas tamẽ improbat Socrates, qui nihilominus tantus ſapientiæ amator, paupertatis contemptor, hoſtis uoluptatis, ueritatis amicus lubricos adeò periculoſóſque ſermones colloquiis admiſcuit ſuis: ut ſi cum ænigmatis comparentur Homeri, facilè probent Homerũ longè abeſſe à culpa. Quin etiam Socrates idem eiuſmodi figmenta audiens cani de Ioue, Apolline, Thetide Vulcanóque, fingentis rationem coniectatur, cuius aliud ſit quod præferant uerba, aliud quod ſignificetur occultè: atque ideo titillatione auribus conceſſa, ſocium in opere poetæ ſeſe adiungit, imaginationem extollit, ſermonéſque confingit, fidem minimè habens, ſed tamen gaudens poeticis figmentis. Iam uerò Socrates idem, cuius eſt ob ueritatem maximum nomen, in quibus ueritatem abſcondit, paratius iter ſtruit ad errorem. idcirco quòd in ſermonibus ſibi conciliat fidem, quòd imitationi facilitatem adiungit, quòd in operibus ſuis ſe diſſimilem præbet, nec unquam ſibi ipſe ſatis conſtare uidetur. Quid enim tam diſtat, quàm amans à temperante? quàm formarũ admirator ab eo qui redarguit dementes? Quid ſimile habet amatoriæ Lyſiæ orationi, aduerſam orationem componere, & Critobulum perſtringere, ab Alcibiadis uenãda pulchritudine reuerti, Charmidémque admirari? Hæccine cum philoſophi conſentiunt uita, qui minimè populo in oratione aſſentetur, liber ſub tyrãnide exiſtat, in Delo ſtrenuè pugnarit, iudices contemnat, libens car-

cerem petat, lætus ad necem ſe paret? Multum profectò abeſt ut inter ſe iſta conueniant, quæ ſi quidem uera ſunt, hunc hominem tam ualde ſibi ipſi repugnantem: ſed ſatius eſt maledictis abſtinere. Qui ſi turpibus uerbis pulchrarum rerũ ſignificationes inuoluit, grauem nimirum ac periculoſam rem agit. Pulchrũ enim obtegere turpi, & ad utilitatem oſtendendã, uti nocentiũ rerum inſtrumento, nequaquam opus eſt eius qui uelit ſe beneficum præbere: (quãdoquidem qui ita facit, utilitatem ipſam abſcondit:) ſed potius eius eſt qui nocumentum intendat, quod quidem habet in prõptu. Hæc, *puto, diceret* Thraſymachus, *aut* Callias, *aut* Polus, *aut quiſquis alius* Socratis *philoſophiam oppugnaret.* Sed age, *nugis omiſſis, ſermoni ſuccurramus, cui quũ uelim ſuppetias ferre; deficio uiribus.* Etenim *qui uult, neceſſe habet ut poſſit. Quamobrem eam nos rationem inibimus defendendi ſermonis, quali perſæpe utuntur qui ob grande aliquod crimen in iudicium ac diſcrimen adducti, haud tantùm diluendi criminis rationem inſtituunt, ſed ſocios eiuſdẽ criminis allegantes; grauiores alios uiros, cauſamque in eos referentes, ita tacitè propriam eleuãt culpam.* Nos *itidem pro* Socrate *dicentes, utrũ ille rectè hæc an perperam fecerit, paulo pòſt diſſeremus.* Interea *aduerſus uehementes hoſce accuſatores in hunc modum loquemur,* VIDEMINI *profectò, ô uiri, qui* Socratem *amoris accuſatis, pernicioſiorem longè ei calumniam ſtruere, quàm quæ* Anyti *aut* Meliti *fuit.* Illi *enim quum accuſationem in capita diſtribuerent, haud alias cauſas retulerunt in eam, cur* Socrates *iniuriã* Athenienſibus *faceret, quàm*

quòd iuuentutem corrumperet, quòd eius facto Critias
tyrãnidem inuaſiſſet, quòd ipſe Alcibiadem contume-
lioſè tractaſſet, quòd deteriorem rationem ſuperiorē
meliore efficeret: quòd per platanum aut canem iura-
ret. Amoris uerò accuſationem uehementes illi ſycophã-
51 *tæ penitus intactam reliquerũt. Sed nec Ariſtophanes,*
qui Socratem in Dionyſiis comicè luſit, accuſatorum
uehementiſſimus cunctorum, Socratis amores conuitio
pupugit: quanuis eum & pauperem, & loquacem, &
ſophiſtam, ac quiduis potius quàm impurum amatorē,
appellaret: cuius uidelicet amor (quantum cernere li-
cet) nequaquam aut calumniatoribus, aut comœdis de-
dit maledicti occaſionem, propterea quòd Athenienſiũ
illud theatrum iudiciúmque effugit. Cum hiſce uerò
accuſatoribus, quos haud eſt negotium minus quàm ſu-
periores illos expugnare, pugnandum eſt in primis hoc
modo, dicendúmque, Nequaquam unius Socratis pe-
culiare fuiſſe amatorium ſtudium, quod quidem lon-
gè uetuſtiorem originem, ex ipſius teſtimonio Socratis,
haberet, laudantis admirantíſque amatorium opus,
cuius etiam inuentionem propagarit. Etenim quum ei
orationem oſtenderet Myrrhinuſius Phædrus à Lyſia
Cephali amatore conſcriptam: minimè ſe inquit eam
orationem admirari, quum plenum gereret pectus,
quaſi uaſculum quoddam, alienis liquoribus, quos uel
à pulchra Sappho (ſic enim eam ob decorem poematis,
libẽter appellat, quanuis exigua eſſet, ac fuſca) uel ab
Anacreonte ſapiente hauſiſſet. Sermonem uerò, quem
in ſympoſio laudē uult eſſe amoris, Mantineæ mulieri
attribuit. Sed ſiue Mantinea, ſiue Leſbia fuerit mater

eius ſermonis, ſatis conſtat haud unum Socratem uſurpare ſolitum amatoriè loqui, neque id ab eo primũ manare cœpiſſe. Id autem conſiderabimus hoc modo, initiũ capiẽtes ab Homero: quãdo is longè ante alios (ut mihi uidetur) magis eloquenter appoſitéque turpia ſimul atque honeſta narrauit: altera quidem quibus inhærere, altera autem quæ euitare deberemus. Is quũ alia omnia ſimpliciter admodum atque antiqua ruditate docere uideatur, ut eſt aurigari, ut exercitum ordinare quũ metæ iubet læuum equum admouere, laborantibúſq; & ægrotis, Pramnij uini potionem præbere: quũ præterea ignauos in medio fortium locat, equitéſque à peditibus diſcernit: hæc quæ ei ſapienter tractata uidentur, cum noſtrorum temporũ ordinibus, medicamentis aurigationibúſque collata, riſum quomodo effugiẽt?

52 *Quæ uerò ad amorem pertinent, ea ſic omnia ordine enarrat, ut & opera, & ætates, & ſpecies, & perturbationes, & honeſta, & turpia attingat: atque adeò tẽperatum, proteruũ, iuſtum, contumelioſum, furioſum mitémque amorem deſcribit. In quibus tractandis haud ſanè ruditatem illam antiquam, ſed potius noſtratem hanc peritiam uidetur redolere. Itaque ſtatim in primo libro, captiuæ cuiuſdam duos amatores, alterum audacem ac furioſum, mitiorem alterum miſeróque perſimilem inducit. Ille ex oculis iaciens flammas, conuitioſus minabundúſque in omnes exiſtit: hic uerò placidè ſedens, lachrymabundus deſidet, anceps animi: & quũ diſceſſurũ ſe dicat, nequaquam tamen diſcedit. Alia eſt imago amoris impudentis, quam Alexander reddere uidetur: quum reuerſus ex pugna, thalamum ingredi-*

tur mœcho perſimulis. Iuſtus etiam inſpicitur amor æquabiliter utrobique, in Andromacha atque Hectore, ſe habens. Ea enim Hectorem, & patrem, & fratrem, & uirum, & amatorem, cunctis denique amicitiæ nominibus appellat. Hic uerò haud uxoris minorem curã gerere, quàm matris ſe fatetur. Sed & meretriciũ in Iunone ac Ioue, atq; ex procorũ perſona, iniuriũ: captioſum item ex Calypſo, ueneficum ex Circe oſtẽdit: uirilẽ denique labore temporéq; quæſitũ, & qui ad necem uſque peruenerit, ex Patrocli imagine effingit, duobus uidelicet iuuenibus: utroque & formoſo & temperato, ſe inuicem amantibus, quorum alter præceptorem, alter diſcipulũ præſtaret. Ille angitur, hic ſolatur: ille canit, hic canentem audit. Amatoriũ quoque eſt, alterũ, ſe ad pugnam dimitti poſcentem, lachrymas fundere, uelut amatore nequaquam id conceſſuro. hic uerò & flagitantem dimittit, & propriis armis inſtruit & exornat, cunctantémque reuerti ex pugna, trepidus expectat, irâmque deponit, ſomnia quoque inſomniat. Lachrymæ, atque extremi muneris officio, comam iam arſuro incidere, ad amoris pertinẽt effectũ. eiuſmodi quidem ſunt, quæ amatoriè tractãtur ab Homero. Heſiodus uerò canentes Muſas inducit, quidnã aliud quàm uirorũ ac mulierum, fluminũ, regum planetarúmq; amores?

53 *Mitto Archilochum citare, cuius amor totus in impudẽtiæ ſordibus iacet. Nam quantum ad Leſbiæ attinet amorem, ſiquidẽ oportet antiquiora cum recentioribus conferre: nónne is amatoriam Socratis artem ſimilitudine exæquat? Etenim uidetur uterq; eodẽ propè ritu, hic quidem mariũ, illa fœminarũ amores coluiſſe: ambo*

ſe amare profitentes, paſſimque pulchrorum omnium ſpecie capi. Quod Socrati Alcibiades, quod Phædrus, quod Charmides fuit: idē Leſbiæ Gyrinna, Atthis atq; Anactoria erat. Quod item Socrati erant aduerſi ſtudij, Prodicus, Gorgias, Thraſymachus atque Protagoras: id ipſi etiam Sappho, Gorgo atque Andromeda extitêre: quas quidem modò accuſat, modò redarguit, Socratem ſequēs in diſſimulatione ſermonis. Saluere Iouem Socrates iubet. Quid Sappho? Polyanactidem puellā ſaluere itidem iubet. Nequaquā Socrates aut prius Alcibiadem ob amorem adiſſe, quàm arbitraretur eum patientem eſſe diſciplinæ. Paruula admodum gratioſaq; puella mihi uideris, inquit Sappho. Ludit Socrates habitum diſcubitúmque ſophiſtæ. Hæc, Quænā ruſtica ueſte, inquit, amorē induit? Loquitur apud Socratem Diotima, Amorem haud eſſe filium, ſed pediſſequum ac famulum Veneris. Apud Sappho uerò Venus hæc canit, Pulcher ſanè famulus exiſtis, ô amor. Diotima iterum ait, affluens germinat amor, pauper extinguitur. Idem illa comprehendens, amorem & dulcem, & amarū, & angoris largitorem appellat. Vocat amorem Socrates ſophiſtam, Sappho fabularum textorem. Inſanit Socrates ob amorem Phædri, huic uerò amor concutit mentem, inſtar uenti qui montanas quercus incurrat. Excandeſcit Socrates in Xanthippen, quæ ſe moriturum deploret. Hæc autem redarguit filiam, indignum dicens uerſari luctum in contubernio Muſarum, miniméque ſe iſta decere. Quid de arte dicimus Teij ſophiſtæ? Nónne ea eiuſdem & modum & morem ſequebatur? Nam & ipſe omnes

amat laudéque proſequitur pulchros, cuius uidelicet o-
54 *dæ plenæ ſint* Smerdiæ *cæſarie*, Cleobuli *oculis & fla*
re Bathylli. *In quibus tamen temperantiam ſpectat*. A-
mo, inquit, compubeſcere tecum, in cuius moribus gra-
tiam agnoſco. Iterum *ait*, In *amore honeſta pulchra*
ſunt. *Alibi aperit artem, dicens*, Me *pueri diligunt ob*
diſciplinam. lepida enim tribuo, lepida noui loqui. I-
dem de Socrate Alcibiades *loquitur*, Socratis *gra-*
tiam, Olympi *aut* Marſiæ *modulationibus aſſimilans*.
Quiſnam, ô dij, huic amatori, præter unum ſuccen-
ſeat Timarchum?

DE EODEM AMORE.

Sermo IX.

RESVMENTES *ab integro ſermonem, de eodem ipſo amore, quaſi poſt interpoſitam quietem, longæ exordium uiæ, ad finem pergamus, duces inuocantes itineris, eloquentem* Mercurium, Suadelam, Gratias, *Amorem præterea ipſum*. Neque *enim aut paruũ aliquod aut pro uulgari negotio periculum ſubimus, quãdo publicæ eiuſmodi uiæ, quæ per amatoriũ ducitur ſermonem, præcipitium adiacet altiſſimum: neceſſéque eſt horum alterũ fieri, ut uel qui pulchrè ſe ad amorem comparẽt, tutò conficiãt uiã: uel qui de ea deflectunt, impuriter amẽt, eóque præcipites in barathrũ agãtur*. Hoc *ueritus* Socrates *ille, propterea quòd cerneret eiuſmodi morbum latè in uniuerſa* Græcia, *præcipuè uerò* Athenis, *dominari, plenáque omnia eſſe amatoribus iniuſtis adoleſcentibúſque deceptis: utrunque hunc gregem ob morbũ miſeratus, quũ minimè poteſtatẽ haberet petulãtiam*

eiuſmodi lege pellendi, utpote qui nec Lycurgus, nec So-
lon, nec Cliſthenes, neque alius eſſet ex ijs quibus olim
Græci ſupremũ magiſtratũ credidiſſent: nõ etiam poſ-
ſet ui quadam homines ad meliora compellere: (quando
id nonniſi ab Hercule Theſeóue, aut quopiam alio ua-
lido morũ emendatore expectandũ fuit) non illis præ-
terea, uerbis ac rationib9 perſuadere poſſet (quid enim
cupiditate ſurdius, quæ furijs acta, paulominus inſa-
niam exæquat?) haud tamẽ penitus iuuenum adoleſcẽ
55 tulorûmque curam abiicere ſuſtinuit, aut ob eorum ſa-
lutem, laboribus cedere, ſed modum inuenit quo ægros
illorum animos ad rectam inſtitutionem duceret nõ in-
uitos. Qualis autem is fuerit modus, dicam continuò, fa-
bulam fingens AEſopi Phrygis in morem. Paſtor ac co-
quus quum iter unà facerent, agnum opimum conſpica-
ti longè ab ouili errantem, relictúmque à ſocio grege,
ad eum ambo accedunt. Et quoniam ea tempeſtate bru-
tæ animantes cum hominibus linguæ ſocietatem habe-
bãt, agnus eos interrogat, qualis uterque eſſet qui ſibi
manũ iniicere atq; abducere ad ſe uellet: poſtquam ue-
rò de utriuſque arte certior factus eſt, libens paſtori ſe-
ipſum committit, coquum ſic alloquutus, Tu quidem car
nifex es, ouiliſque agnorum parricida. Huic uerò mo-
res noſtri perquam bellè ſatiſfaciunt. Confer (ſi placet)
amatores illos cum multitudine coquorum. Socratem ue-
rò unum fac eſſe paſtorem: adoleſcentulos Atticos, dic
eſſe inerrãtia pecora, ueræ uocis conuenientiã habentia
aliter ac pro fabulæ figmento. Quid igitur faciet hic pa
ſtor, quum carnifices uiderit adoleſcentulorum florem
cõcupiſcere, curſimque ad eum proruere captandũ? num

feret, ſedénſque otium ageret? id ſi fecerit, nec carnifices il
los ſæuitia exuperet. curret itaque potius, currentibúſ-
que illis ſociū ſeſe etiā adiūget, atque adoleſcentulos pa-
riter, non tamen eodem propoſito, ſequetur. Quo fiet ut
quiſquis artē curſúſq; cauſam ignoret, hunc quoque
hominē putet perinde atque alios perniciem adoleſcen
tulis inuehere: qui ſi finem expectet, curſum potius lau-
det, imitetur ſtudiū, uenatorē admiretur, uenationémq;
ipſam, ueluti beatā in cœlū extollat. Hanc *cauſam ha-*
buit Socrates, *cur ſe amare atque omnes amare fatere-*
tur, cur peteret pulchros, cur riuales ſuos anteiret, car-
nificibúſq; illis præcideret uiā, utpote qui ferendis labo
ribus lōgè eos præiret, peritius amaret, in potiūdo au
tem magis collimaret: neque immerito, quando riualiū
amor, illorum cupidinis nomen haberet, in uoluptatibus
56 *penitus pererrans, cuius initium exciret corporis flos ad*
oculos delatus, pérque eos ad animum delabens. Et-
enim pulchritudinis ſemitæ per oculos ducuntur. At So-
cratis amor, ſi quidem ſtudium attendas, ſimilitudi-
nem cum cæteris habebat: ſi cupidinem, diſſimilis om-
nino erat: ſi uoluptatem, temperantior: ſi uirtutem,
propius ad ſignum accedebat: cuius initium faceret
animi flos in corpore apparens. Quemadmodum in-
telligere licet pulchritudinem fluuij qui pratulum le-
uiter irriget, pulchritudinem item & florum qui ſub a-
quarum limpiditate collucentes, ad oculos ferantur. Hoc
idem flos animi præſtat, qui pulchro ingenitus corpori,
fulgorem ab eo percipit, fulgénſque conſpicabilem ſe fa-
cit: neque aliud eſt corporis decor, quàm aduentantem
uirtutem præueniens flos, quaſi maioris pulchritudinis

procemium quoddam. Vt enim exoriens ſol fulgorem antè præmittit, qui cacumina montium illuſtrans, intuentium oculos maximè oblectat, uberioris lucis afferens ſpem: ita ſplendeſcenti animo præfulget in ſuperficie corporis decor, qui quòd ſpem affert melioris multo decoris, philoſophorum exhilarat aſpectum. Theſſalus uir equinum adamat pullum, AEgyptius buculam, Lacedæmonius catulum. Qui autem genere afficitur humano, longè ſe aliter gerit quàm uel agricola AEgyptius, uel Theſſalus equiſo, uel Lacedæmonius uenator, ſuis illis animalibus educandis. Horũ nanque obſequium ac prouidentiæ cura alumnos ſuos ducit ad laborẽ. At humanus amator quam ob rem potius quàm ob communicationẽ uirtutis, amoribus indulget? Quibus quum daturus eſt operam, id curat inprimis ut aptiſſimi ſint: aptiſſimos illos cenſet ad ſpem uirtutis faciendam, qui ſint multo pulcherrimi. Vna uerò atque eadẽ pulchritudo, alia tamen impuris oculis, alia legitimis amatoribus apparet. ut in gladio quoq; accidit: hic enim longè alius forti uiro, alius carnifici uidetur. Ita etiã lõgè aliter Penelopẽ Vlyſſes, aliter Eurymachus ſpectabat. Quid autẽ? nónne aliter ſolẽ Pythagoras, aliter Anaxagoras: il
57 le ut deũ, hic ut lapidẽ proſpectabat? Virtutẽ denique ipſam haud eodẽ modo Socrates quo Epicurus. Socrates quidẽ tãquã beatitudinis, Epicurus tanquã uoluptatis amator, ſectabatur. Quãobrem aliter formoſum corpus Socrates, aliter Cliſthenes petit. Ille ut uirtutis, hic uerò ut uoluptatis ſtudioſus. Quocirca quum amare audieris aut philoſophum aut improbũ uirum: haud eodem nomine alterius & alterius negotium nomines. Improbus

enim ob uoluptatem inſanit, philoſophus uerò pulchritudinẽ amat. Ille, inuitus ægrotat, hic amat libẽs. Hic amando, amati beneficium intendit, ille & ſibi & amato perniciem ſtruit. Ex amore philoſophi oritur uirtus: ex improbi furore contumelia efficitur. Philoſophi amor in amicitiam, improbi furor in odium deſinit. Ille gratuitus, hic mercenarius. Ille laudem inuitat, hic infamiam prouocat. Ille Græcus, hic barbarus. Ille uirilis, hic mollis. Ille ſtabilis, hic uolatilis infirmúſque. Illius quiſquis ſe ſtudioſum facit, & deo fit amicus & legi: uerecundia plenus, plenus liberis uocibus exiſtit. Idem amans amatum ſtipat interdiu, geſtit in amore, in gymnaſio complectitur ob luctam, ſequitur in curſu, in uenatione comitẽ, in pugna ſtrenuitatis ſocium ſe præbet, in fœlicitatibus conſors eſt gaudij, morientem non dubitat ſequi. Nihil præterea ad conſuetudinem habendam aut noctis aut ſolitudinis præſidio eget. Contrà alter hic infeſtus eſt dijs, utpote qui in eos committit, hoſtis legi, quam ſcilicet uiolat: minimè fidens, expes, impudens, ſolitudinis amicus, noctis ac latibuli captator, cõſpectus euitator: qui quum diem in amoribus abſumat, fugit tamen ſolem: ſequitur noctem ac nebulam, paſtoribus penitus aduerſam, ſicarijs opportunam. Alter enim paſtoris ſimilis eſt, alter ſicarii: quamobrẽ latere cupit, conſcius culpæ, quã etſi quidem præſentit, tamen à uoluptate pertrahitur. Ad fructiferas plantas accuratè agricultor accedit, in eas uerò ſi fur inciderit ut decerpat fructum, haud
58 *habet lædendi frangendiue ullam cautionem. Vides adoleſcentuli corpus, florem ac ſpecimen futuri fructus emittere. Caue polluas, caue temeres: florem ne attingito,*

lauda potius uiatoris in morem. Talem olim plantam apud aram Apollinis, palmæ ſcilicet ſtipitem nouum creſcentem animaduerti. parce Apollinis plantis, ac Iouis fructus expecta, rectiúſque ita amabis. quod quidẽ haud eſt difficile negotium, neque aut Socratis aut alterius philoſophi tantùm. Iam uerò & Lacædæmonius olim uir, qui neque inſtitutus eſſet in Lycæo, neque in Academia eruditus, aut aliter præceptis philoſophicis formatus, occurrens adoleſcentulo barbarico quidem, ſed tamen pulchritudinis eximiæ nupérque ad florem perductæ, eius amore eſt captus. Cur enim non adamaret? hic tamen uoluptatem amoris ſui finiuit aſpectu. Quamobrem amatoriam hanc Ageſilai ſtrenuitatẽ magis quàm bellicam illam Leonidæ laudarim. minoris enim negotii eſt barbarum regem quàm amorem ſuperare, cuius tela feriũt magis quàm Caduſia illa ac Medica. Enimuero Xerxes ſuper corpus iacentis Leonidæ pertranſiens, ingreſſus eſt Pylas. Ageſilai uerò coercitus amor, ad oculos tantùm peruadens, in eis, tanquam in foribus animi, conſedit. Maius itaque opus dixerim eſſe eius qui ſtrenuitatem eiuſmodi ædiderit. Idcirco maiorem Ageſilao laudem ob id facinus tribuerim quàm quod perſequutus ſit Tiſſapherne͂, aut Thebanos uicerit, aut uerberum dolorem tolerauerit. Hæc enim, corporum educationis inſtitutioníſque, illa autem exercitati uerè animi caſtigatíque opera fuerunt.

DE EODEM AMORE.
Sermo X.

MERDIES Thracius adoleſcens regali for-
5 ma ac liberali aſpectu; à Græcis dono datus eſt Ionico tyranno, Samio uidelicet Polycrati: qui delectatus tali munere, eius capitur forma: hunc pariter amat Anacreon Teius poeta. Smerdies itaque quū à Polycrate aurū atq; argētum acciperet, quæque par erat adoleſcentulo formoſo, ab amatore tyranno elargi-
59 ri, ab Anacreonte odas ac laudes, cæteráque ea quæ dare deceret amatorem poetam; cupiebat. Si quis igitur amorem cōparet amori, tyrannicū uidelicet poetico: uter eorū maiorem uim diuinitatis oſtendet? uter cæleſtis ac Venere dignus appellari merebitur? uter in operibus ſanctis numerabitur? Equidem eū præponendum cenſuerim, qui cum muſis ac Gratijs uerſatur, illi qui neceſſitati ſubijcitur ac metui. Hic enim captiui mercenariique haud admodū fortunati, ille liberi hominis ac Græci ſpeciem gerit. Quam ob rem mihi uidetur liber hic amor, non planè multum inter barbaros habitare. Vbi enim populus ſeruit, princeps dominatur: quod in medio eſt horū, paritas uidelicet ipſa nominis, dignitatis ac legis, inde prorſus excluditur. Amor uerò nihil tam hoſtiliter odit quàm neceſſitatem ac metum, ut pote qui magnanimus ſit maximêque liber, ipſis nimirū Lacedæmoniis liberior. Vnus enim amor ex omnibus rebus quibus homines agūtur, ſiquidē ſincerus exiſtat, nequaquā aut diuitias admiratur, aut tyrānum expaueſcit, aut regiā ſtupet, aut iudicia obſeruat, aut necem euitat. quippe cui neq; fera, neque ignis, neque præcipitium,

neque fretum, neque enſis, neque laqueus grauia uidētur. Quin etiā quicquid nonniſi per laborem cōparatur, paratiſſimum ducit. Terribilia omnia expugnari poſſe confidit, ardua quæque putat eſſe facilia. Huic itidem amnes cuncti tranabiles, nauigabiles tempeſtates, montes expeditiſſimi uidentur. Nuſquam non confidit, cuncta contemnit, omnia uincit. Nimirū ego expetendū exiſtimo quicquid eiuſmodi eſt amoris, miniméque, illi qui ſapiat, optandum eſſe ut diuellatur ab eo, ſiquidem conſequi debet ut unà cum amore libertatem, ſecuritatē firmitatémque animi acquirat. Sed uereor ne ille huiuſmodi naturā in omnibus itidem nō ſeruet: quòd ſcilicet ſimilitudo quædā ſtudij turpis, honeſtum opus effingens, de cuius ſibi aſſimilitudine fucum illinit, etſi parem propè ſpeciē aſſequitur, in attingendo tamen fine, lōgiſſimè aberrat. Nā & circunforaneus pharmacopola medicum nonnihil imitatur, ſycophanta oratorem, philoſophum ſophiſta. nuſquam inuenire non eſt malum conſitum bono, magna quidē ſimilitudine alter inſecus permiſta, diſcreta tamen uel animi propoſito, ut orator à ſycophanta: uel fine, ut medicus à circūforaneo: uel uirtute, ut à philoſopho ſophiſta. Veruntamen pauci uel animi propoſitum, uel finem uel uirtutem intelligūt. Quotieſcunque igitur duplicia atque ancipitia ſtudia, mutuam habent ſimilitudinem in promptu, diſſimilitudine tamen non carent: neceſſariò contingit, ut qui diſſimilis ignoratione, artes diſcernere non ualet, propter eam ſimilitudinē quā illæ ſibi inuicem reddunt, eas omnino connectat. Atque haud ſcio an eodem modo & de amore ipſo cenſendum ſit, putandúmque commune eum no-

men habere, quod medium locũ inter uirtutem ac uitium obtineat, & ab utraque re popularius quodammodo ducatur. Quarũ alterius habitum, eius uidelicet cui magis adhæſerit, gerat: proptereáq; denominationem ferat de eius affectione cui ſeſe permiſerit ducendum. Atqui bifariam anima, ſecundum rationem Platonis, diſtributa, cuius altera pars ratio dicitur, altera affectio: neceſſarium eſt amorem ſub affectione eâque omnino ratione uacua cenſeri, ſi quidem id uitium ſit. Si uerò cenſetur in ordine pulchrorum, alterum quidem duorum exiſtit, ut uel rationis ordinem ſequatur ab affectione penitus ſeiunctæ, uel affectioni obediat cum ratione connexæ. Quòd ſi amor eſt amicitiæ motus & appetitio ac deſiderium quoddam ſimilis, quod auet natura ſimile aſſequi, cúmque eo miſceri: palàm profectò eſt eum ad affectionem, non autem ad rationem tranſire. Idcirco affectioni huic imponere rectricem rationẽ oportet, ut in uirtutem non autem in ægritudinem euadat. Quemadmodum enim in temperatione corporum ſanitas eſt diſpoſitio quædam, quæ ex potentijs humidis ac ſiccis, frigidis ac calidis fit, quas aut ars temperauerit pulchrè, aut natura artificioſè reddiderit cõcordes, à quibus ſi uel naturam remoueris uel artem, diſpoſitionem illam nimirum perturbes & ſanitatem expellas: Simili modo contingit in amore, qui quanuis ratione nitatur, eſt nihilominus & ipſe affectio quædam, à qua ſi rationem abducas, & rectam ipſius compoſitionem euerteris, & ægritudinem penitus effeceris. Sit igi-
61 *tur amor appetitio animi: uerùm appetitioni huic, perinde atque equino furori, opus eſt fræno. Et ſi committas*

animum

animũ rapi: iuxta modum comparationis Homericæ, quidnam aliud egeris, niſi ut uorax equus temere campum excurrat, haud amplius petens aquationes conceſſas, curſúſue decurrens, quos à rectoris arte didicerit: ſed effrænus ac ſine rectore paſſim feratur. Sed turpe quidem ſpectaculum eſt, equus ſolutus: turpis etiam auditio, contumelioſus amor. etenim is eſt qui tranſilit rupes, uel amnes tranat, uel enſem capit, uel laqueũ ſuſpendit, uel nouercam aggreditur, uel priuignis inſidias facit: ex lex, furioſus, parum munificus: qui in ſcena tragœdos exercet, odioſus in fabulis apparet, furiis plenus, lachrymis madẽs, qui heu heu clamat ac luget, parum fortunatus: prætérque dignitatem effertur, uariis ac repentinis conuerſionibus patet, corporeis titillationibus deſeruiens. AEgritudinem contrahit, qui corpus corpori miſcet, cõgrediénſque, nec legitimo nec uerè amatorio utitur cõplexu. Inſanientem hunc rapit pulchritudinis fama, ob ignorantiam errantem. Cõtrà qui huic contrarius eſt, ſoli parturienti ad generationem ſimilis, ex innato cũ iuſtitia appetitu cõgreditur ac fœmineũ explodit. Quãobrem hæc lex eſt nuptialiũ deorum ſimiliũmque generationis, quæ quidem in uniuerſa animalium natura eſt conſtituta: quorũ aliqua peculiari quodam amore, quũ procreandi tempus poſtulat, cõiugationem quærunt: aliqua uerò ducuntur à magiſtra arte uel paſtoris, uel opilionis, uel bubulci, uel equiſonis animalia ſingula ſecundũ propriam naturam, uel nectentiũ ad coniugiũ, uel etiam diſcernentium, petulãtiæ metu. Hinc & mares procul arcentur, ſeorſum fœtæ habẽtur pecudes, rorida ſeorſum paſcua diſcernuntur.

Ars uerò quæ alendo hominũ gregi præpoſita eſt, regiũ ac paſtoritium gerens officium, nullum penitus modũ ad depellendam petulantiam, poteſt reperire, niſi quis antè libens animum ſuum rationi, perinde ac paſtori cui-
62 *piam, uerecundiæ præterea ac temperantiæ tradiderit regendum. Quemadmodum enim diuerſis animalium generibus, diuerſas itidem natura defenſiones ad tuendam propriam uitam ſalutémque conſtituit: ut leonibus uires, ut ceruis curſum, canibus uenationes, ut aquatilibus natationem, uolatilibus uolatum, reptilibus cauos: ita hominum generi in cunctis huiuſmodi defenſionibus, cæteris animalibus minori (utpote quod uires tenuiſſimas habet, impeditiſſimum curſum, uolatus eſt penitus immune, natationem uix attingit, cauernariæ habitationis omnino eſt impos) rationem tradidit deus, quaſi donum quoddam quod cunctis facultatibus illis æquipolleret: huícque amatorium deſiderium ſubiecit, uel uti fræno cuidam equum, ueluti ſagittario arcũ, temoni nauẽ, inſtrumentũ opifici. Quotieſcũque igitur ratio ſtupet, amorẽ nihil ſentit: quotieſcunq; amor furiis æſtuat, rationẽ minimè audit. Suadela uerò, cõiugatio quædã eſt amoris ac rationis, quũ ſeſe ad pulchrũ impellũt extollúntq; cõcito curſu. Qui uerò cenſet pulchrũ ipſum defoſſum in natura corporis latere, is uoluptatẽ pro pulchritudine admittit, & ab ipſa decipitur. uoluptas enim eſt malum, perſuaſione homines capiens, & adulationi penitus innitens. Hoc nimirum malum adoleſcentulũ Troianum, qui interim paſtoritium negotium gerebat, circáque Idam uagabatur, minimè domeſticis uoluptatibus contentum, ex montibus ad mare deduxit, eúmque*

impoſitum naui, graſſantem uidelicet amatorem in Pe-
loponneſum deuexit. Non enim, puto, formoſum aliud
corpus erat in Aſia, non Troicum, nō Dardanicum, nō
Helleſpontium, non Lydium, quod cum amatoris hu-
ius lingua, moribus, legibus, conueniret. Sed Spartam
atque Eurotam adnauigat, tranſmarinus procus, & ex
inſomnio amator, contra hoſpitem ſurgit iniurius, Græ-
cique connubij iura diſſoluit. O nequam amorē, inſom-
niūmque iniquum! ô nequiſſimos oculos, uoluptatēmq;
ducem calamitatum permultarum! Sic etiam Xerxem il
lum magnum, qui in Salamine ac Plateis, aduerſus
63 Græcos pugnauit, tot corporum ſpectatorem ac domi-
num, non ad amorem pellexit Indica atque excelſa
uirgo, non Medica tiaram ferens, non mitrata Mardo-
nice, non Carica armata, non Lydia fidicina, non Io-
nica, non Helleſpontia mulier: at hunc amor in Ama-
ſtrim immiſit filij uxorem. O nequiſſimum amorem, qui
repudiatis commodis cibis, amaros ac guſtui aduerſos
expetiuit, ſoluta uidelicet licentia, in ſumma amandi
facultate laſciuiente. Quoties enim animo abrogaue-
ris ſcientiam, ac potentiam dederis, nimirum flagi-
tiis parauerís fluxum, licentiam atque excurſum. Fac,
Alexander, Priami uiribus, gentilique illa confidentia
careat: adquieſcet profectò paſtoritio negotio, neq; He-
lenā unquā ſomniabit. Fac Xerxes poteſtatē amittat,
Amaſtris illi tāquā deformis ac uulgaris erit. Licētioſa
nimirū inde oritur tyrannis, unde abierit ratio. Laſci-
uiunt oculi, quibus ſi licētiā adimas, neque Critobulus
blandietur Euthydemo, neque Autolyco Callias, ne-
que Agathonem Pauſanias ardebit. Quamobrem laudo

*Cretenſium legem, Eleorũ non laudo. Cretenſem qui-
dem ob neceſſitatem laudo, Eleam ob licentiam non
laudo. Cretenſem adoleſcentulũ turpe eſt amabilem nõ
eſſe. Cretenſi iuueni turpe eſt puerorum attingere a-
morem. ô legem pulchrè ex amore ac temperantia cõ-
poſitam! Eleos prætereo, Lacedæmonios narro. Amat
Spartiata Laconicum adoleſcentem: quouſque progre-
ditur hic amor? Nempe ut eum pariter amet atque af-
fabre ſignum. ita ibi multi diligunt unum, unus non
multos. Ea enim uoluptas quæ à petulantia oritur, com
municare inuicẽ non poteſt. amor autem qui aſpectu fi-
nitur, ſolus cõmunicabilis eſt, ſeque ad uniuerſam, quæ
amari poſſit, naturã extendit. Quid ipſo pulchrius ſole?
quidue quod amatoribus multis æquè par eſſe poſſit?
At hunc uniuerſi ſimul oculi diligũt. Locris Italiæ ciui
tate, & ephebus quidam pulcher & item lex pulchra
64 erat, at amatores nequiſſimi. Hi quũ ob pulchritudinẽ
ad amorẽ impulſi eſſent, lege autẽ turpiter amare pro-
hiberẽtur, ob amoris affectũ debacchãtes, ubi ephebum
illum turpe ad obſequium perducere non potuerunt, ut-
pote qui legem ſeruaret, ordine omnes laqueũ petunt,
digni nimirũ qui uitam amitterẽt. Cur enim uiuat qui
oculorum delectationi nõ acquieſcit? Qui uiderit ſta-
tuam atque eius pulchritudinem laudauerit, is nequa-
quã laqueũ petet. Sed & qui equeſtris homo equum ui
derit, equi pulchritudinem laudabit. Quem ſi ſuũ face-
re nequeat, minimè propterea laqueũ requiret. Agri-
cola qui in proximo agro conſpicatus eſt plantam, ſatis
habet eam aſpicere: ſatis item eſt uenatori catulum intue
ri alienum, qui decorus exiſtat: neque horum aliquis*

oppetit mortem propterea quòd uiſæ rei poſſeſſionem deſperet. Amant uehementius aurum auari quàm amatores humanum corpus, cupiuntque magis auro cum ipſo, quàm cũ corporibus amatores, defodi. Nemo tamen illorum, ſi ad poſſeſſionem auri non uenit, ſibiipſi mortem conſciſcit. Perſarum rex non ideo, quòd aſſequutus aurum non fuerit, ad laqueum acceſſit, quamus ille nimium præ cunctis hominibus ſatiare animum diuitijs poſſet, & ob eas plurimum inſaniret: qui quum ferè in uniuerſa terra regnaret, tótque ac tantis uoluptatibus implicitus eſſet, quot petulantiſſimi regis ingluuiem explere poſſent, inſidias ſtruxit mortui ſepulchro. Fama uidelicet ipſum impulerat defoſſi ſimul cũ mortuo auri: ob eámque magnus ille rex, qui tiarã geſtaret, tumulũ effodere aggreſſus, aurum minimè reperit: at epigrãma intus inuenit, quo mortuus ille ſic loquitur, O uirorum auidiſſime cunctorũ, mortuum uiolare non dubitas, auri amore? Hoc idem dicere poteſt ratio Græca aduerſus hominem Græcũ, qui præ cupidine inexplebili, præceps feratur ad inferendam contumeliã corpori, ſiquando eũ rapiat fama pulchritudinis in corpore defoſſæ. ò ſtultiſſime uirorũ, cadauer effodis. neque enim, ſi ſapias, contrectare auſis maſculum corpus, rem penitus intractabilem. Cum maſculo corpore iniqua fit permiſtio, ſterilíſque congreſſus:

-- Quid ſaxis ſemina mandas?

65 *Cur arenas aras? oblectationes iſtiuſmodi ad ipſã trãſfer naturam: uerte oculos ad agricolationem, fructuoſis lætare uoluptatibus,*

Ne pereant ventura carentia ſemine ſecla.

DE EODEM AMORE.

Sermo XI.

NEQVAQVAM uerus eſt ſermo, ait alicubi in carminibus ſuis Himeræus poeta; in quibus priorem odam abiurans, uera ſe minimè de Helena loquutum confitetur. Quamobrem poſteriori laude anteriorem uituperationem euertit. Ego uerò, poetæ illius exemplo, egere & ipſe uideor, in his quos habui de amore ſermonibus, contrario cantu. Deus etenim eſt amor, haud languidior Helena animaduerſor in eos à quibus eſt læſus. Verùm eiuſmodi piaculũ id eſt quod quidem aio tam ualde à nobis expiari oportere, graue (meherculè) ac magnum, quòdque nobilem aliquem, uel poetam, uel expiatorem requirat, ſi quidem placare ſatis oportet integerrimum dæmonem, non munere tripodis, nõ decem talẽtis aureis, non mulieribus Leſbiacis, nõ Troicis equis: ſed potius probo ueróq; ſermone, quo quaſi falſum atque improbũ illum priorem deleamus. Eiuſmodi pœnam aiunt Anacreontem illum Teium poetam amori dediſſe. Nutrix in Panio Ionum foro infantem deferebat, ea obuiũ habens Anacreontem madentem, coronatum, labantémque, ab eo per temulẽtiam, uelut inuito, unà cum infante propellitur: qui nequaquam ſatis habens propuliſſe, maledictum etiã in infantem proiecit. Mulier uerò haud aſperius Anacreõti ſuccenſuit, quàm ut rogaret deum, dare quandoque ut contumelioſus uir ille, totidem aut etiam pluribus laudibus maledicentiam illam in puerũ reſarciret. annuit deus: infans nanque ſuccreſcens, uenuſtiſſimus ille Cleobulus efficitur, cui pro minima Anacreon maledicentia,

pœna multarum laudum ſatiſfecit. Quid nos hodie pro-
66 *hibet, iuxtà atque Anacreon ille, amori ſponte cedere? pro uerborum iniuria, in quibus amorem diximus homines uel ad adulterium impellere, ut Alexandrum: uel ad inceſtum, ut Xerxem: uel ad contumeliam, ut Critobulum. Quare enim qui impium aliquod facinus imputet deo, non in eum committat? Quamobrem conſideremus hoc modo: nunquid amor alterius rei quàm pulchritudinis eſt amor? nequaquam ſané. fruſtra enim amor exiſtat, niſi pulchritudinem petat. Siquando igitur dicimus Darium diuitias, Xerxem regionem Græcorum, Clearchum bellum, Ageſilaum honores, Critiam tyrannidem, Alcibiadem Siciliam, aurum Gylippũ amare: nunquid certam in huiuſmodi rebus pulchritudinem cernentes, ac propterea illicium quod ad illam inuitet, amorem nuncupantes, dicimus unumquenque illorum amauiſſe, hunc quidem huius rei, illum alterius amore correptũ? Minimè id quidem putandũ eſt. hoc enim pacto quæ turpiſſima inter homines ſunt, minus decenti nomine exornantes, ueritatem ipſam grauiter offenderemus. Quomodo enim pulchritudo, uel in diuitiis, cunctarum rerum peſſimis, uel in bello, mœrtiſſimo penitus negotio, uel in tyrannide feriſſima, uel in ſuperbiſſimo auro conſiſtat? Siciliam mihi narras, aut regionem Græcorum? uoluptatum nimirum ſpem, nequaquam pulchritudinis, narras. Si mihi AEgyptiam terram, propterea quòd excelſas pyramides ac tantum habeat amnem, uel fortunatiſſimã Babylonem, uel Mediam equorum altricem, uel herbidam Phrygiam, uel Sardes auro refertas alleges: horum*

ſingula tantundem à uera pulchritudine abſunt, quantum etiã à iucunditate ſunt remota. Auſim dicere, hæc magis ad iucunditatẽ accedere ei qui poteſt ex ipſis uoluptatem percipere, quàm ad pulchritudinem, illi qui ex eis adiuuari non poteſt. Quod enim eſt pulchrum, id neque exitioſum eſt unquam, neq; lubricum, neque flagitium aliquod efficit, neque quenquam ad infortunium ducit aut ad calamitatem deducit, neque in pœnitentiã deſinit. Ponito igitur, amorem pulchritudinis
67 exiſtere amorẽ, eúmque qui quicquã aliud quàm pulchritudinem amat, amare uoluptatem. huic (ſi placet) auferamus id nomen, próque amare, cupere reddamus, ne contingeret fortè ut uiolata nominis lege, per inſcitiam, rem quoque ipſam, haud nomen duntaxat mutaremus. Eſto itaque, amorẽ, pulchritudinem petere, cupidinẽ uerò, uoluptatẽ: nunquid, qui pulchritudinẽ amat, eã nõ cupit? Sanè ualde. Vix enim amor quicquã aliud quàm appetitio ſit: ſed ueniam à ſapientibus peto, ſi in cõquirendis nominibus, illud idem interdũ appetitionẽ, interdum cupidinem dixero. Enimuero ut de cæteris omnibus, etiam de libertate nominum aſſentior Platoni. Quapropter ſi per eos licitum ſit, dicamus, amorẽ, appetitionem, non autem cupidinem exiſtere: idque diſtinguamus hoc modo: uidelicet, quũ animus ad apparens ducitur pulchrũ, eam rem amorem, exploſa penitus cupidine, uocari: quũ uerò aliud præter pulchrum ipſum peteſſat, cupidinẽ utique id, nequaquã amorem, appellari oportere. Quid igitur? ſi proteruus ſophiſta, additamẽto illo apparẽtis ad pulchrũ abutens, pulchrum contendat in delectatione conſiſtere, atque ideo imagina-

tione capiat qui delectabile amet, pulchrum itidem illum amare: & huic planè id concedemus? Rurſum ſiquis ueros amatores aſpiciens pulchrum ipſum appetere: quia tamen in appetitione pulchri, propter admiſtionem uoluptatis, delectationem aliquam cernit, cupere amatores hos uelit, non amare: quomodo fiet ut hæc rectè diiudicare ualeamus? Nam ſi delectabilia uidentur pulchra, pulchra uerò uoluptatibus miſcantur: amorem utique in diſcrimen adducimus ne cupidinem habeat admiſtam. Placétne igitur pulchro apparens auferre, nequando uoluptas pulchrum ipſum effingens, ſub eius ſimilitudine nos lateat, uoluptati uerò nequaquam auferre? Pulchrũ enim, ſuapte natura pretioſum, ut etiam amabile ſit, pulchrum eſſe oportet: uoluptas uerò ſatis habet ad illicium amoris, pulchritudinem in ſuperficie præferre, tametſi eam non habet introrſum. nam cum ea ex patiẽtis oblectatione magis conſtituatur, quàm propriæ ui naturæ, dũ poſſit pulchritudinis imaginem mentiri, ueritatem ipſam contemnit. Quod autẽ dico, eiuſmodi eſt: (Sentio enim me propterea quòd rem in anguſtum adduxerim, exemplis indigere.) Corpus fieri non poteſt ut aliter alatur, quàm ut ciborum collatio, opera dentium, inteſtinorum ſuſceptione, interioríſque ordine legis, in ipſius ſubſtãtiam ſe uertat. Si E-
68 *picuro crediderís, hominum alimenta ſunt, fagineæ glãdes ac pira. Quamobrem diſſipata eſt fama, tellurem ſponte ædere fructus, idcirco quòd iis qui ex natiuis cibis uiuerent, ruſticus labor neceſſarius non eſſet. addito dapiũ ſtructore, condimentis diuerſitatéque ciborũ: (quæ aliter huius, aliter illius guſtui blãditur, ut eſt Si-*

culũ ius, Sybaritica mollities, ut luxuria Perſica) ex quibusomnibus uoluptatis ſtruxeris nomẽ. Quæ quidẽ quũ communiter habeant præbere nutrimentum, ſingula tamen ſingulis peculiarem quandam uoluptatem adminiſtrant. Quúmque nutriendi uim ex natura ſuſcipiant, uoluptatis blandimentum ab arte mutuantur. Si permutaueris menſas, Sicilienſéſque adhibueris Perſis, & Sicilienſibus Perſicas, nimirum uideas utrobique ſimuliter nutriendi uirtutem permanere, uoluptatis uerò illecebram ad inſuetos guſtus tranſlatam, in faſtidium uerti. Nutrimentum itaque fit ſecundum ſubſtantiam eius quod nutriendi uim habet. Voluptas uerò oritur ex affectione eius, qui conſuetudinem alicuius delectationis habuerit. & conſuetudinem quidem alius aliã habet. Nam Græci, Perſæ, Lydi, Phœnicéſque, aut alia natio, quum uites ſeuiſſent, culturæque laborẽ adhibuiſſẽt, ex uindemiatis racemis uino expreſſo, potionẽ ſtruxerunt, ſi quidem utilitatem reſpicias, minus neceſſariã: potiſſimam uerò, ſi uoluptatem attendas. At Scytharum maxima pars, perinde atque alij uino, uitam lacte ſuſtentant. Aliis uerò apes, quæ uel in ſaxis, uel in quercubus cõſtruunt fauos, cõdiunt potus. Sunt quibus aquarum riui ac fluenta epota minimè officiunt, earum natiua duntaxat potione utentibus. Scytharum natio eſt, e áque (ſicuti reor) una, quæ quũ aqua utatur ad potum, ſi quãdo tamen ebrietatis uoluptatem requirat, cõſtruit pyram, in quam coniectis odoriferis herbis, eã circumſidet corona, cuius odorem ueluti crateris hau rientes, haud ſecus quàm alij epoto uino, in ebrietatem uertuntur: quamobrem ſaliunt, canunt ſaltántque. Di

ces, quorſum hæc circunductio ſermonis? Videlicet ut ex ea, manifeſta diſtinctio oſtendatur uoluptatis ac pul
69 chri. Itaque ponere oportet ſecundū neceſſarium ac natiuum alimentum potus ac cibi, id quod dicimus pulchrum, & quidē re ipſa pulchrū, non ſola apparentia renidens. At ſecundum uariā quæſitámque aliorū aliter atque aliter ſeſe oblectantium delectationem, uoluptatem ſtatuamus, quæ nō ſolùm eſſe appetat, ſed uideri. Ex his ita ſe habentibus efficitur ut amor ſit ratio, uirtus atque ars. Ratio quidem, ſecundū ueritatem: uirtus, ſecundū diſpoſitionem: ars uerò, quatenus pulchritudinis ſignum magis attingit: cupiditates autem ratione carentium uoluptatum, ſunt & ipſæ rationis expertes. Si igitur pulchrum, eſſe pulchrū oportet, ut pariat amorē, quale illud eſſe, aut quēadmodū parere dixerimus amorē? Viſne ſecundū Socratis diuinationem, audire ex me? quòd pulchrū ipſum ineffabile, oculorúmque exuperans captum, animus olim noſter inſpexit: nunc autem in corporis conuictu, eius memoriam ſomniās, ipſum haud omnino perſpicuè intuetur, utpote qui & loco & conditione minor effectus, abductúſque à primis illis ſpectaculis, detruſus eſt in terrenum hunc locum, dēſáque ac permiſta materia ſeptus, quæ eū perturbat ſimul addictum incertæ uitæ, confuſæ, plenæ tumultu frequentibúſq; peccatis. Natura autē pulchri inde initium ſumens, huc deſcendit, ſenſimq; procedēs, eo hebetior efficitur, quò magis antiquū deſeruerit uigorem. perinde atque nobiliſſimi amnes, qui exeuntes in mare, in primo quidem ingreſſu, ubi latitudinem pelagi incurrerint, fluentúmque ſuū, undæ, uentis, æſtui,

fluctibúſque permiſerint, ex huiuſmodi commiſtione, priorem comminuunt naturam. Eodem pariter modo, pulchrum, ineffabile, immortaléque, donec cælum, cæleſtiáque corpora permeat, in eorum quidem occurſu, purum, immiſtum atque integrum manet. At ubi deinceps à cælo in noſtratia hæc loca defluxit, hebeſcit, uſqueadeo extenuato fulgore, ut uix eius influxum poſſit agnoſcere maritimus nauta, uidens exilem illum humíque inerrantem, confuſúmque alienæ naturæ. At qui fluuij conſuetudinem olim habuerit, eiúſque meminerit naturæ, quum primùm in eũ inciderit, cognoueritque ex apparentibus ueſtigiis, quemadmodum Vlyſſes ob ſubſilientem fumum exultat, accenditur, lætatur atque amat. Eiuſmodi pulchro etſi nonnihil aſpergitur aut latiſſimus amnis, aut pullulans planta, aut equus generoſus, horum tamen omnium pulchritudo ſtupidiſſima obtuſiſſimáque eſt. Et, ſi uſquam pulchrum uerſatur in terra, haud alibi magis id quàm in homine pulcherrimo intelligentiſſimóque cunctorum terreſtrium corporum, participíque animi ipſiꝰ pulchri affinis, cernere licet. Propterea, qui ſapit, quum ſtatuam uidet, artẽ quidem laudat, ſtatuam non amat. Qui uidet itidẽ plãtam, eam laudat ob fructus, plantam tamẽ minimè amat. Qui uidet præterea amnem, eius lenitatem commendat, amnem non amat. In homine ſpirantem intelligibilémque pulchritudinem ſi cernas, exordiũ ſcilicet futuræ uirtutis, ea tibi & memoriam ſuſcitat, & cogit, minimè profectò quod cernis, ſed ueriorẽ longè pulchritudinem amare. Idcirco Socrates ſpectator erat corporũ pulchrorum; quæ quum primùm

ſpectaſſet, minimè quidem pulchritudo eũ latebat quæ uel palæſtram ſubiret, uel in Academia uagaretur, uel in conuiuio comeſſaretur: uerùm more periti uenatoris per corpora humana, uerisſimæ pulchritudinis memoriam perfectam reſumebat.

QVOD OMNI SVAVITATE loquẽdi melior eſt philoſophicus ſermo. Ser. XII.

VLYSSEM narrat Homerus, nauigio carentem, extemporariam ratem inſcendiſſe, eáque paulo pòſt, coorta tempeſtate diſcerpta, coactum enatare. quare ſubijciente Leucothea ue-
71 lum, ad inſulam Phæacum appulſum, ſupplicem adiiſ-
ſe regiam uirginem: à qua deductus in urbem, exceptus honorificè ab Alcinoo fuerit, ac contubernio iuxtà ac Phæacum optimi, honorificè habitus. Eum denique idem Homerus inducit eiuſmodi ſermonem cum Alcinoo ordiri: Rex Alcinoe, pulchrum profectò eſt, optimum poetam, qualis hic eſt diuinis artibus exercitus, canẽtem audire. Quid enim lepidius tranquillo populo? quid iucũdius diſcumbẽtibus domi cõuiuis intẽtis ad cantũ, ordine accumbentibus, lauta propoſita menſa, & crateribus plenis? Quæro ex te ſapientiſſime mortalium Vlyſſes, putéſne uoluptatem conſiſtere in onerata carnibus atque edulijs menſa, in crateribus plenis, in affluẽtia uini: (quibus addatur poeta, eos celebrans cantus, quales ille canebat,

Pelidæ pugnam ſimul, atque Ithacenſis Vlyſſis:)

An uerò concauum equum, in quem primores Achiuorum ingreſſi, urbem ceperunt. Pulchrum hoc præ cunctis rebus tibi mente uidetur? Peritus nimirum laudator

*es, ô ſapientiſſimè Vlyſſes, plebeiæ uoluptatis: cuiuſmo-
di etiã barbarus laudet, nuper ex Babylone profectus,
aſſuetus lautis epulis, uino largiter fuſo, extemporariiſ-
que carminibus. tu, inquam, id laudas? qui apud alias
gentes iucundam contempſeris lotum, ac Sirenum can-
tilenas? An fortè Homerus, melius quiddam eo quod
carmina ſonant, uidetur illi innuere qui ea ſtatim per-
cipiat auditu? Nam qui dapibus affluenter appoſitis,
ac uino in crateras largè diffuſo, conuiuas præterea
inducit inter huiuſmodi uoluptates, poetæ cantu ſua-
uiſſimo demulceri: honeſtum procul dubio nobis conuiuiũ
narrat, cuiuſmodi, qui ſapit, ſibi imitandum proponat,
transferens uoluptatem à turpibus rebus, ad decoras: ad
aures, à uentre. Iam uerò ne ſic quidem ſatis eſt, teme-
re atque impudenter paſcere aures, tibiarũ ac fiſtula-
rũ modulãtibus ſonis, hominúmque tumultuoſo clamo-
re. Sed & hîc implorare artẽ oportet, quæ commoda
72 quadam harmonia epulas aurium concinnet. Vnde au
tem nobis erit eiuſmodi petenda harmonia? Ego quidẽ
haud negarim, ea me ſuauitate delectari quæ à modu
latione tibiæ neruorúmque, uel cuiuſlibet alterius mu
ſici inſtrumẽti, ad aures accedẽns, præbere nobis queat
blandiſſimum concentum. Sed tamen ſuſpicor ne concen-
tus is ſatis temperatam uoluptatem apportet. Quæ e-
nim ignobilia ſunt, aut irrationalia, aut etiam muta,
haud multum ad oblectandum animum conferunt. Si-
quis autem ſuauitatem quæ à concentibus oritur, confer-
re uoluerit cum ſuauitate ſermonum: ſermones opinor
inueniet ſimilitudinem gerere ciborum, ſicuti concentus,
odorum. quum ea ſit ciborum nonullorum natura, ut*

fœcundiſſimè nutriãt. Odor uerò, quatenus odor, adulterinum ſit negotium, & exiguam uim gerat nutriẽdi. Paſcendæ igitur aures ſunt nutrientibus epulis, repudiatis uidelicet odoribus muſici concentus, inductóque, pro ſimilitudine ciborum, ſermonum alimento. Si igitur ſermone tãtùm, neque præterea aliter oblectari par eſt ingenuos conuiuas, quoſnam dabimus ſermones, illos inter ſe loqui? ita ſanè fert uſus multorum, ut eiuſmodi loquutionibus ſuper mẽſam utantur, quales ſunt in iudiciis lites, contentiones, captiones ac rixæ, fulcientes iniuſta, turpia exornantes, adulterãtes ueritatẽ: quũ interea nihil ſanũ aut ſincerũ loquantur, aut etiã iacere ſinãt intra fines à natura præſcriptos. quãobrẽ imitari uidentur mancipiorum mangones, qui quum acceperint corpora ſimplicia, ſub puro ſole ac libero aere educata, umbratili educatione mollientes naturalem illã corporis firmitatem, artificioſa omni curatione meliorem labefactant. Simillimũ quid agũt & qui in iudiciis uerſãtur, eiuſmodíque malũ imitationi huic accumulant, ut præterquam quòd ueritatem adulterant, eam etiam odioſam efficiant ineptámque ab epulantibus animus hauriri. Quapropter minimè ego AEnianum ſpectacula laudarim, quibus inter potandum, tam actores, quàm etiam ſpectatores ſolent oblectari. AEnianes duo ad tibiæ ſonum, quam alter ab his modulatur, ſimulant pu-
73 *gnã: horũ alter agricolã aratorẽq; agit, alter graſſatoris perſonã, ſeq; ideo armis inſtruit: prope agricolã quoq; poſita ſunt arma. Vbi graſſator in cõſpectũ agricolæ uenit, protinus agricola, diuuſſo iugo, accurrit ad*

arma:quibus acceptis, deìn ineunt pugnam,in eáque, & ictuum & uulnerum & mutilationum imagines quamſimillimas reddunt: ſpectacula uidelicet cõuiuio indigna. Contrà, Perſ*icam antiquam illam legem, per quam ſcilicet* Perſ*æ libertatem compararunt, maximè probo.* Mos *eſt* Perſ*arum, conſilia inter epulas, haud ſecus quàm* Atheniēſ*es in cõcionibus, habere.*Ve*rùm* Perſ*ica lex animaduertens in ebrios, id agit ut uirtutes epulis ipſis accendat, perinde atque oleum ignem: ſi quidē pro ſimilitudine olei,ea ratione inſtillētur in animum, ne uel nimium eius ardorē extinguant, uel etiam tribuāt ſupra quàm eius uſus expoſcat: quum tamen apud* Athenienſ*es, ſicci illi populi ductores, nulla uidelicet lege oratorum comprimente licentiam, peius atque impudentius omnibus ebriis, in concionibus ſaltent.*Verùm Perſ*icis ſimul atque* Atticis *miſſis, reuertamur ad noſtra, conſtánſque ſententia maneat, proborū animorum epulas in ſermonibus conſiſtere, minimē quidem altercationis, ut ratio dictat.* Q*uibus igitur? num qui animos ad cogitationes ſuperiorum temporum reuocantes, ſpectatores eos efficiunt antiquorum geſtorum?*Blanda *planè hiſtoria eſt, quæ nullo negotio auditorē undecūque circunfert, regiones cunctas ei ante oculos ponit, bellorū omnium præbet, ex tutiſſima ſpecula, aſpectum: quæ præterea longitudinem temporis, contra naturæ interdictum, ad breuitatem contrahit: infinitam rerum geſtarum multitudinem, exiguo momento homines docet: ut ſunt* Aſſ*yriorum,* AEg*yptiorum,* Perſ*arum,*Medorum,Græcorum*: quos omnes cernas interdū terreſtrem pugnam, interdum nauticam inire, interdū*

quoque

quoque in concionibus conſilia habere. Sub Themiſtocle quidem nauali prælio confligitur, ſub Leonida militãs diſciplina cuſtoditur, ſub Ageſilao mare tranſmittitur, ſub Xenophonte exercitus incolumis reducitur. Amat quis cum Panthia, uenatur cum Cyro, cum Cyaxare regnat. & ſi ideo ſapiens erat Vlyſſes,

Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes,
Dum redimit ſociis reditũ in patriã atque ſalutem:

Sapientior multo qui extra periculum ſaturatur hiſtoria. is Charybdim, non tamen naufragus uidet: Sirenas exaudit, non tamen uinctus· Cyclopi quidem, manſueto tamen occurrit. Si præterea beatus Perſeus, quòd alis uteretur, quibus per ætherem uolitans, uniuerſas terræ affectiones ac loca deſpiceret: leuior profectò ac ſublimior habenda eſt hiſtoria, Perſei alis: quæ animum aſſumens, undequaque circunfert, minimè quidẽ uel hebes, uel negligens rerum demonſtratrix, ſed quæ uel hominũ, uel amniũ geniturãs depromat. Crœſus, Lydius genere erat, & Alyattei filius, gentium tyrannus. Dardanus à Ioue nubifero primum ducit ortum. Vrbiũ quoque originẽ enarrat. Epidãnus eſt urbs ſita illi ad dextram, qui Ionium ſinum ingreditur, accolas habet Talantios, barbaram gentem.

Vrbs Ephyre poſita eſt, Argi interioribus oris.

Audi originem amnis, qui ex meridie cõtra Boreã fluẽs in Pontum qui Euxinus dicitur, aquas emittit.

Hunc ſuperi Xanthũ, ſed gẽs vocat vna Scamandrũ.

Auditio uidelicet eiuſmodi, hominũ genus momentaneũ, caducum, mortale fluénſque, beneficio memoriæ conſeruat, uirtutes cuſtodit, geſta etiam, ob gloriam im-

mortalitati commendat: ob eam ſcilicet cauſam Leoni-*das nequaquam gloriã accepit, temporibus ſuis duntaxat circunſcriptam: nõ* Themiſtocles *tantum à cõtemporaneis* Athenienſibus *laudatus.* Manet *adhuc* Periclis *imperium. manet* Ariſtidis *iuſtitia,* Critias *dat pœnas,* Alcibiades *exulat.* Ad *ſummam, hiſtorica narratio & rerum geſtarum ignaros mirificè oblectat, & iis qui rebus gerendis interfuerunt, ſuauiſſimam renouat memoriam.* Quas *igitur epulas appoſuis quæ iucunditate exuperent ſermones?* Arduum *profectò eſt cũ celebri ac*
75 *nobili hiſtorico ſuſcipere certamẽ.* Dicendum *tamẽ quòd etſi huiuſmodi harmonia & bella eſt & dulciſſimus cõcentus, probus tamen animus aliud quàm id ipſum, quod uos hiſtoria nobis apponitis, quærit.* Quod *enim operæpretium extare poteſt ex antiquorum malorum memoria, huic qui penitus ignorat quemadmodum ea utatur?* Num Athenienſibus *melius fuit ob hiſtoriam* Atticam*?* Num Halicarnaſſei *ob* Ionicam*, aut* Chij *demum ipſi propter hanc ipſam creuerunt?* Si *quidem qui hiſtoriam texunt, honeſta ſegregantes à turpibus, hæc quidem tegere ſcirent, illa uerò celebrare: fatendũ prorſus foret ut ex eorum geſtorum imitatione, beneficium ad animum perueniret, qualis ad oculos uenit oblectatio, ex imitatione picturæ.* Verùm, *ut nũc eſt, mixtim ſimul omnia hiſtoria confundit, maiórque eius pars in rebus deterioribus moratur, uincunt turpia, crebrius in hiſtoria occurrunt tyranni, bellatores iniuſti, crebrius fœlicitates temere partæ, ſceleroſa facinora, calamitates præter rationem acceptæ, tragici caſus, quorum periculoſa eſt imitatio, memoria nocens, infortunium per-*

pinum. Quamobrem accedere ad epulas uelim cibum ſermonum ſaniorum, earúmque eſcarum ſalubritatem requiro, à quibus Socrates, Plato, Xenophō, AEſchines ſanitatem acceperunt. Cupit animus hominis, timet, dolet, inuidet, & ab aliis multis affectionibus urgetur: pugnam itaque uides acerbam & impacabilem: huiuſmodi mihi bellum narrato, faceſſant interim prælia Medorum: huiuſmodi mihi morbum ediſſere, peſtilentiam illam ueterem dimitte. Dic, Cuinam huius belli imperium, aut cui curationem huiuſmodi commiſiſti? Sine Hippocratem corpora curare, ſine Themiſtoclem gerere maritimum bellum. profer, obſecro, animi medicum, profer imperatorem. minimè tibi homines ueniant in mentem. Accedas ad deos: uerùm caue eos obtundas ob agrum uaſtatum, ne contra piratas aut mœnium expugnatores opem implores. pu-
76 ſilla iſta ſunt. Etiam ſi Peloponneſii abſtineant ab armis, & latrocinia ceſſent in mari, Athenienſibus etiam ceſſantibus, dubitas quin mœnia quaſſentur, authore non Philippo, ſed tempore: tabeſcent omnino corpora, quamuis abierit peſtilentia. Virtus autem floreſcit in dies magis, nec prædæ ulli nec captiuitati obnoxia. Pro hac ergo deos alloquere, tunc, quum animus cæditur, ſpoliatur, oppugnatur, tabeſcit. opus habes oraculo diuinationéque, tunc precandus eſt deus. Audi Apollo ac Iupiter, ac quiſquis alius deus inuenitur animi medicus infirmi:

Iucunda in templo ſi quo tibi tempore feci.

Audiet ſcilicet Apollo libétius iſta, quàm Chryſem precantem. Non enim deum ad excitandum peſtem ſolli-

citas, aut ad emiſſionem lethaliũ ſagittarũ inuitas. Minimè uel canibus, uel hominibus, uel auibus necẽ imprecaris: aliena eiuſmodi ſunt à muſico ſapiẽti, ac præſcio futurorum deo. Verùm enimuero, idcirco celebrata fuerunt ab Homero, *quòd is occultam ſignificationem radiatus ſolaris agnoſſet, ocyus omnibus ſagittis aerem permeantis, ac qualibet recta corporum compoſitione ſimplicioris.* Mihi *itaque aut* Homerus, *aut* Heſiodus, *aut quilibet alius diuinus poeta, deum affectionum animi medicum celebret.* Vtique *hæc ſunt* Apolline *digna, digna etiam* Ioue.

QVOD BELLATORES CIVItati vtiliores ſunt quã Agricolæ. Sermo XIII.

POTES *dicere quoſnam uocat in carminibus ſuis* Homerus *genitos* Ioue, *ſimiles diis, populorúmque paſtores: aut aliis denominationibus dignatur, quibuſcunque fas eſt poetam uiri cuiuſpiam celebrare uirtutem?* Num *eos qui fodiendo arandóque, humum exercent, harũ artium gnari, ſerendis præterea plantis, colligendis meſſibus, atque ordinandis uitibus induſtrij?* Vel *potius duxit indignũ*
77 *horum hominum opera, uel etiã leuiter carminibus ſuis*
delibare, præterquam ſenis cuiuſdam inſulani, cui ea tribuit facere, poſtquã à contumelioſis iuuenibus, euerſus imperio eſſet: ac propterea lapidoſo quodam uitiferóque in agro, humi ſuper folia iaceret, quietem per æſtatem capiens. Q*uos uerò beatos effingit quóſque laudibus gaudet inſignire, alij uiri ſunt aliis ſtudiis negotiiſque impliciti: ut inſtans* Achilles, *ut* Aiax *ſingulari pugnãs certamine, ut ſagittator* Teucer, *ut ſtrenuus* Dio-

meles, uel alius quiſpiam à ſtrenuitate laudatus. Ple*na ſunt carmina* Homeri *clypeis magnis, conſpicuis criſtis, prælongis haſtis, plena curribus ornatis, currentibus equis, plena ſtrenuis uiris edentibus cædem, plena cædibus ignauorũ.* Ipſum Agamemnonẽ *uniuerſi exercitus regem, haud meliori laude impertit, quàm quòd eum nominãs regem, etiam addit bellicoſum, quaſi unicum hoc opus deceret imperantem: atque ait,* Aga*memnonem, utrunque ſimul, & regem & bellatorem optimum eſſe.* Nam *quum* Menelaus *minimè inferior* Agamemnone *eſſet, quantũ attinet ad regnum, mollis tamen erat in bello, atque ideo parũ poeticæ laudis retulit ab* Homero. Hic *igitur* Agamemnon *quamobrem clarior erat cæteris* Græcis? *num propterea quod maneret in* Argo, *opimi agri poſſeſſor? ut excolens ipſũ, fructuoſiorem redderet* AEgyptiacis *agris?* Vlyſſem *enim audis magnificè de* Ithaca *loquentẽ, aſperã qui eã appellat, ſed optimam hominum altricẽ.* Viderat *ſcilicet ſapiens uir, quantũ intererat inter uirilitatis fructum, ac triticũ & ordeũ, aut aliter uberẽ humũ.* Mitto Homerũ, *ne te fortè ſuboffendã ſermone, in quo uterer teſtimonio poetæ bellorũ nimiũ ſtudioſi.* Vin' *potius poſt* Homerũ, *uel* Laconica, *uel* Attica, *uel* Cretica, *uel* Perſica *addamus?* Placet Sparta, *tanquam optimis legibus inſtructa.* Lycurgus *quoque ipſe cur alium laudatorem requirat poſt* Apollinem *ipſum?* Is *nãque in hũc modum de illo loquutus dicitur,*

Téne virum magis an diuum Lycurge vocarim?

Is *itaque* Lycurgus, *quem deus aſſimulat deo, quum leges* Lacædemoniis *conderet, atque adeo* Apollinem *con-*

78 ſuleret quales ciuilitatis mores alumnis ſuis traditurus eſſet, utrum præſtaret eos agricolationem ſuſcipere ac rem propriam ſeruare, humile quamuis negotium, reſtrictum operariúmq; eſſet, iuſſus eſt puſilla hæc Hilotibus mandare, ſeruili admodum genti ac circumſtantibus Lacedæmonem populis: meros uerò Spartiatas, liberam, intrepidam erectíque animi gentem, ad libertatem ali, tolerandis uerberibus ictibúſque aſſueſieri, uenationibus montaníſque itineribus, multiplicibúſque aliis laboribus exercitari oportere, ut ubi ſatis his ſtudiis obduruiſſet, clypeum atque haſtam ordine capeſſens, ſub duce lege, ſciret pro patria libertate pugnare ac Spartam tueri. Itaque Lycurgi præcepta æmulantes, parent deo: qui ſi potius occupari in re ruſtica maluiſſent, quis unquam Leonidas pro ciuibus ſuis in Thermopylis impreſſionem Perſarum excepiſſet? quis Othryades in Thyrea uictoriã adeptus eſſet? Sed nec Braſidas coluit agrũ, nec Gylippus à meſſibus profectus Syracuſanos conſeruauit. Neque etiã Ageſilaus uineta relinquens, Tiſſaphernem uicit. Regiã terrã populatus eſt, Ionas atque Helleſpõtum in libertatem aſſeruit. Non raſtros Callicratides tractabat, nõ ligones Lyſander, nõ aratrum Dercyllidas. Seruilia atq; Hilotica eiuſmodi protegũtur clypeis, neque aliter quàm telorũ auxilio propulſare periculum queunt, ſuntque omnino mancipia uictorum. Ipſa uirtus in armis permanſit, Athenienſium concidit agrũ, Arguos ac Meſſenos ſubegit. Quæ ubi cum Spartiatis cœpit delaſſari, abiectis armis, ex liberis agricultores euaſerunt. Liberi fuerunt & Cretes, ſed tum

quum uerſabātur in armis, quum ſagittandi ſtudium
habebant, quum uenabantur: eodem tempore & ſer-
ui & ruſticis occupationibus dediti fuerunt. Liberi
præterea Athenienſes, quo tempore Cadméos oppu-
gnabant, Iones in colonias deducebant, ſuſcipiebant He
raclidas, eijciebant Pelaſgos. Tunc ſerui quum Pi-
79 ſiſtratidæ, ereptis populo armis, eum rei ruſticæ ſerui-
re coegerunt. Hi rurſus inuadentibus Medis, neglectis
agris, ad capeſſenda arma procurrentes, eorum auxi-
lio libertatem reſumpſerunt. Cynægirus qui liberauit
Athenas, alienus lōgè erat à ſtudijs ruris. Callimacho
illi qui repulit Medos, nihil rei cum meſſibus fuit. ne-
que Miltiades agricolas in exercitum duxit. ab arma-
tis præclara facinora eduntur: pugna uictoriam, ui-
ctoria parit libertatem. Iidē Athenienſes, tunc quū o-
portuit committere ſe mari, terræ ſalute plurima dicta,
incendendam patriam linquentes, armis duntaxat ar
reptis, triremes inſcenderunt: ſicque ciuitas Athenien-
ſis populúſque continētis habitator nauigauit: nauigās
naualem edidit pugnam, pugnans uicit, uictor & ter-
ram obtinuit & mare. Laudo Periclem, qui eam ra-
tionem ſequutus eſt belli, ut neglectis agris neglectā-
que uaſtitate Acharnarum ſibi ante oculos iacentium,
unius Athenarum libertatis ſeruandæ habuit curam.
Manente enim libertate, manet & ager, manent arbo-
res, ſegetes manent. Mittamus Græca, ſermonémque ad
barbaros feramus. Colunt AEgyptij humum, pugnant
Scythæ. Scythæ uiriles animos gerūt, formidoloſi pror
ſus AEgyptij. Liberi Scythæ, mancipia AEgyptij. Co-
lunt Aſſyrij agros, pugnant Perſæ: ſeruiūt Aſſyrij, re-

gnant Perſæ. Pugnarunt prioribus temporibus Lydi, poſterioribus agriculturã ſuſceperunt. Sed tum pugnarũt quum liberi erãt: tunc quum redacti in ſeruitutem fuerunt, ad agriculturam ſe uerterunt. Tranſeamus ad animalia: ibidem intueri licet & libertatem & ſeruitutem, utrámque ex uirtute & fortitudine deductam. Bos arat, equus certat. ſi negotia hæc cõmutare uolueris, naturæ uiolaueris legem. Animalia pauida uitam ſuſtentant ex herbis. Ferocia uenatione famem depellunt. Ceruus depaſcitur herbas, leo uenatur, graculus ſemina legit, aquila uenatur. Quæ colligunt ſemina, & quæ uiuunt ex herbis, ea prorſus ſeruiunt cuncta. Quæ uenationibus aluntur, libertate utuntur. Si uerò recipere licet & fabulas de diis loquentes, neque Iupiter agricola eſt, neque Minerua, neque etiam uel Apollo, uel bellipotens deus, qui quidem principatum obtinent in-
80 *ter cæteros deos. Verùm agriculturæ ſtudium, ídque etiam tardè, poſt longos errores ad Cererem peruenit. Tardè etiam Liber pater, poſt Cadmum Pentheûmque, agri effectus eſt cultor. Tardè Triptolemus poſt Erechtheum ac Cecropem. Placet ne regnum recenſere Saturni? Quænam ratio agriculturæ eo tempore habita eſt? Sed neque noſtratia hæc tempora eam artem depoſcunt, ubi minimè defatigatur & tellus natiuos fructus proferre. Nam ſi popoſceris cibum, eum tibi ſuppeditent fagi pirí que: popoſceris potum, habes Nilũ, Iſtrum, Acheloum, Mæandrũ, compluréſque alios, crateres perennium purorũ ſobriorúmque liquorũ. Sunt hæc quidem agriculturæ dona, ſed ea nequaquam ſenex Icarius Bœotiúſue uir aut Theſſalus dedit. Ipſe ſol*

ac ſplẽdida luna,imbres uitales, uenti ſpirantes,tẽpe-
ſtatum uiciſſitudines, parturiens humus, eſcas arboréſ-
que minimè humanæ indigas artis,adminiſtrant. Eã-
dem agriculturam nec fames,nec peſtis,nec bellum po-
teſt inhibere: ut quanuis uel ſeminis uel aratri copia
nulla ſit,ſponte tamen hæc omnia naſcantur. At ſi cupis
Libycam lotum, ſi AEgyptiacum triticum,ſi Atticum o-
leum,ſi Leſbium uinum, non intelligis artem te ad uo
luptatis obſequium transferre, prorſúſque liberos la-
bores cum obnoxiis laboribus, liberam uirtutem cum ob-
noxia agricultura conferre? Pacem nequaquam confe-
res cum bello: quòd ſi agricultura eiuſmodi eſt, quæ pro
pace habenda ſit, faceſſat bellum, cuncti agriculturam
capeſſamus,abiectiſque armis,arripiamus ligones: ut
qui in exercenda hunc fortiter ſe gerat, & cæteros a-
gricolas exuperet, eum ut fructuoſum celebremus, illi
uictoriæ præmium feramus, eũdem habeamus & opti-
mum.Vt uerò nunc eſt,regnat bellum,regnat iniuria,
cupiditatéſque undequaque per uniuerſam terram ua
gantes,cient immoderatum habendi appetitum. plena
ſunt cuncta exercitibus aliena domicilia inuadentibus:
celebratur fama ſpecies Peloponneſiæ fœminæ.Nauigat
barbarus uir uſque ex Ida,non rudis quidem colonus,
ſed(quod eſt omni agricolatione mãſuetius,otioſius trã-
quilliúſque)paſtor ac bubulcus.AEſtuat Cambyſes de-
81 *ſiderio AEgyptiacæ terræ. deſiderium uidelicet illud,*
bellum exciuit. Cupiuit Darius Scythiam, bellum il-
latum eſt Scythis, cupiditáſque illa tranſlata ad Ere-
triam eſt,Athenáſque ipſas:cuius cauſa , tot exercitus
arma ſumpſerunt. Capitur Eretria,nauigatur ad Ma-

rathonem. Cupit Xerxis uxor Lacænas, Atticas atque Arguas ancillulas: ut uni⁹ fœminæ cupiditati ſatiſfiat, tranſmarinæ claſſes implentur. deſeritur Aſia, euertitur Europa. Cupiunt Athenienſes Siciliam, Ioniam Lacædæmonij. Thebani principatum Græciæ affectāt: O deſideria uniuerſæ ſimul Græciæ acerba. Vbi gentiū agricultura tuta conſiſtat? ubi inuenias aureā pacis perſonam? Quænam orbis pars amatoribus uacat? Aſcra hyeme mala, æſtate grauis, accedamus ad Aſcram. At Bœotia eſt populifera, Libya longinqua, attamen herboſa. Remotiſſima Indorū regio eſt à finibus noſtris: Macedonem tamen amatorem inuenit, qui magna mortaliū manu permultiſque bellis acceſſit ad eam. Quonam ſe quiſpiam uertat ut ſecuram agriculturam inueniat? ubi cuncta ardent bellis armiſque? Ergo

Aut doctè iaculum exacue, clypeúmve teneto:
Aut velocis equi paſtu præſepia comple.

Etenim pulchrum eſt colere agrum, dum tamen permanere in opere poſſis, dum ſit otium, dū facere id tutò liceat. Metuo enim ne eiuſmodi pulchritudo & contentiones excitet & bellum. Sententia eſt antiquiſſimi uiri, Optima tellus obnoxia maximè eſt incolarum uiciſſitudinibus. Attica regio propter ſterilitatem ſoli, immutabilis permanens, eoſdem ſemper indigenas habuit. Audiſti unde oritur bellum. Itaque ab agricultura contine manum, ſine eam incultam ſqualentémque manere, niſi ames & contentiones & bellum concire.

QVOD AGRICOLAE VTILIOres ſint quàm bellatores. Sermo XIIII.

82 SVSCIPERE *patrocinium decet uillicæ turbæ, quando ita exigit iudiciũ præſens, ut oratione, non armis, ſit agendum. Et ſi decernere rem opus eſt armis, in iis quoque nequaquam poſterior erit agricola quàm miles. At hoc ipſum cõſiderabimus alio tempore. Vt nunc eſt, diiudicare decet horum hominum ſtudia ſermone, non gladio: neque uerendum erit* Homeri *præiudicium, ſiue cuiuſpiam alterius eloquentia* Homeri *potioris. Quod ſi etiam facere uideatur ad rem, poetam alium ex* Helicone *uocamus, gloria nequaquam* Homero *inferiorem, ſeculum præſens ſic incuſantem,*

Qui primi gladios hominum ſtruxere nefandos:
Primi & aratoris roſerunt viſcera tauri.

Etenim qui eiuſmodi facinora probat, is ingenium prodit hominis humanæ uitæ ipſo belli uſu grauioris. à quo uſu quanuis iniuria abſit, neceſſitas tamen in eo miſerabilis apparet. Huius autem rei conſideratione ingrediamur hoc modo, Hominum *alij iuſti ſunt, alij iniuſti: nũ igitur pugnãt iuſti cum iniuſtis? minimé. Cur enim eos qui æquabiliter ſentiunt, digladiari inuicem oporteat? Pugnãt igitur iniuſti: hique aut iuſtos oppugnãt, aut ſibi ſimiles iniuſtos: inæquabiliter enim ad alterutros ſe habent, tam ad iuſtos quàm ad iniuſtos, iniuſti: pugnant uerò, aut qui tenues ſunt, cupientes melioribus æquari: aut præpotentes, dum quærunt augeri. Iis ita ſe habentibus, tres hominum ſtatus nobis prodidit ſermo, quorum unus oſtendit, quicquid cenſetur*

nomine iuſti, minimè unquam pugnare inter ſe, ſed potius perpetuam pacem ac perpetua fœdera ſeruare. Alij *duo indicant, pugnam tunc cõmitti, quum aut iniuſtus oppugnat iniuſtum, aut idem etiam impetit iuſtum.* Ecce *iam, bellũ apparet, quod à iuſtis geritur uiris, neceſſariam cauſam habere: uolũtarium uerò eſſe, quod inferunt iniuſti.* Verùm *enimuero iniuſtorum rem quid conſiderare oportet? ſcilicet timendum eſt nequis eos ad participandam laudem inuitet.* Si *ergo uiri iuſti non uoluntate, ſed potius coacti bella ſuſcipiunt, ſiue ut facinoroſos homines,* Herculis *imitatione, ad ſanitatem conſilij redigant, ſiue ut inuaſores repellãt quæ cauſa* Græcos *aduerſus* Medos *armauit) utram, quæſo, conditionẽ iuſti magis accipient? num ſoluti neceſſitate pugnandi, bellicam amittere uirtutem? an potius unà cum inuito illo uſu pugnandi, neceſſariam uirtutem retinere? Ego (me* Hercle) *cenſuerim alteram illam priores accepturos.* Nam *& medici (ſi quidem boni uiri exiſtant, charitatémque habeant ad reliquos homines) medicinæ interitum, dũ tamen ſecum auferat morbos, exoptabunt.* Age, *agriculturam inſpiciamus: num, qui eam ſequuntur, eundem modum obſeruẽt qui in actionibus bellicis ſeruatur?* Terrã *mortales uerſant, aliqui iuſtitiã ſeruãtes, aliqui ſpernentes.* In *eo autẽ ſeruare eos iuſtitiã dico in quo ad utilitatem hominũ, terræ colligunt fructus, in quo uerò augendæ rei, ſupra quàm decet, ſtudiũ impẽdunt, iniurios uoco.* Hîc *etiam iudicio eſt opus, nõ (me* Hercle) *eo quod de uniuerſa ſimul agricultura ſententiam ferat.* Nã *cauere oportet, ubi totum hoc agriculturæ negotiũ, tam iuſtis quàm etiã iniuſtis cõmune eſſe apparet:*

*eadē autē cōmunio belli gerendi iuſtos pariter tenet &
iniuſtos, ne nos præſens ſermo decipiat, qui nequaquam
inter agricolas & bellatores uidetur conſtituere diſcepta
tionē, ſed potius iuſtum cū iniuſto cōmittere. Supponētes
igitur ambos iuſtos eſſe, tam agricolam quàm bellatorē,
bellatorem quidem quem neceſſitas ad pugnandum im-
pellat: agricolā uerò, qui coactus uitæ ſuccurrere, ex-
erceat humum, utrunque cōſideremus hoc modo. Quā-
uis quid hæc loquor? Si enim ambo æquabiliter iuſti,
æquabiliter boni, æquabiliter laudandi: ambo etiam
uictores pariter abibunt. Quare ſublata ab utroque
iuſtitia, ambos conſiderare ſatius eſt, tanquam iniuſtos.
Hîc etiam aduertere oportet, ne ſi eos dixerimus æqua-
liter iniuſtos eſſe, æqualiter quoque illaudatos dimit-
tamus. Quemadmodum uerò iudicare quæ dicta ſunt
deceat, enarrabo. Diuinare mihi animus uidetur ex ſer
monibus Platonis, eſſe hominum genus, quod nec acriter
ad amplectendam uirtutem feratur, neque omnino uo-
lutetur in uitio, utens ſcilicet opinionibus rectis, ſub lege
ſapienti educatum atque eruditum. Eiuſmodi igitur ge-
nus bifariam diuidentes, alterum agriculturæ, alterū
bellicæ rei deſtinemus. Et ut eſt hominum genus ancipi-
tis naturæ, utpote quod in medio uirtutis ac uitij poſi-
tum, ſuſpenſum animum gerit: alterutrius ſtudia ſpe-
ctare oportet, in utrā partem propenſius ferātur, quod
84 quidem uidebimus hoc modo: Maximum hominis malū,
cupiditas eſt. utrum potius cupiditatem efficere ſolet, bel
lumne an agricolatio? ſanè alterum inexplebile eſt, al
terum parcum. Videlicet inexplebile eſt bellum, agrico-
latio parca: multiplex bellū, ſimplex agricultura: inter-*

tum bellū, conſtans agricultura. Nā quid incertius bellicā fortuna? at labor terrā exercēs, manet inconcuſſus. Bellū ex ſecūda fortuna audaciā ſumit, agricultura ab ubertate fructuū moderatior fit. Et, ſi iracundia aſpera eſt hominis contubernalis, & præceptoris frequens officiū requirit, quidnam magis iracundiā incendere ſolet armis ac bello? Cōtrà, quid mitius agricultura? Et ad uirtutes ipſas uterque ſic ſe habet: primùm quidē cum temperātia armatus; qui ſi uiribus & animo præditus ſit, impudentior eſt: ſi pauidus, offenſioni magis expoſitus: & audax quidē, magis ac magis temerarius eſt: debilis autē, armatus, redditur audacior. idem, ſi uoluptarius ſit, fiet ad uoluptatē profuſior. Cōtrà ex agricolis qui magis eſt robuſtus, fructuoſior: qui debilior, ſanior: qui timidus, tutior: qui uoluptarius, moderatior eſt. Videamus iuſtitiam deinceps. Bellum eſt iniuriæ magiſter, agricultura iuſtitiæ: bellator rapiendi ſtudiū ſequitur, & alienis inhiat bonis, túncque putat ſecum optimè agi, ubi maximè iniurius eſt, quumque per iniuriam uoti compos efficitur. Apud agricolas æqua accipiētis ac dātis conditio eſt, iuſtū commerciū. Plantis inſeruis? recipis fructus. ſegetes aras? alimoniam metis. excolis uitem? uberem uindemiā agis. excolis oleam? ea propterea floridior fit: Agricola neminem terret, nemini infeſtus, omnibus charus, expers cruoris, expers cædis: ſacer præterea caſtúſque cultor ruſticorū deorū, ſiue illi frugibus ſiue torcularibus, ſiue areis atque arationibus præſint. AEqualis omnibus eſt agricola in ſtatu populari: nihil enim ex cunctis rebus æquè ac paucorū potentiā tyrannidémq; agricolatio odit. Huius minimè alumni fuere

85 Dionyſius ac Phalaris, uerùm ambo ij ab armis auſpicia duxerunt. Sed utros potius ſolennibus feſtis, ſacrificiis, conuentibúſque habendis iudicabimus idoneos? Nónne miles celebrator eſt inconcinnus? agricola autem maximè commodus. Ille ſacrificijs omnino aduerſus: hic uerò familiariſſimus. Ille etiam cœtibus hominū metuendus: hic mitiſſimus. Nec mihi priores aliqui conſtituiſſe celebritates ſacrificiáq; deorum, quàm agricolæ, uidentur. Primi hi ad torcularia ſtantes, Dionyſiacos choros inuenerunt, primi in areis Cereris ſacra peregerunt, primi Mineruæ ob oleæ inuentum, diuinos honores impenderunt, primi primitias fructuum authoribus diis obtulerunt. quibus ſanè rebus credibile eſt potius deum delectari, quàm decuma quam uel Pauſanias conſecrauit ex manubijs, uel obtulit Lyſander. Primitiæ ex bello, cultus deorū ſunt, à calamitatibus cauſam habentes. Agricolarum preces, mitiſſimæ ſunt, ſacrificiáque rite, ſanctè ac de propriis laboribus oblata, uel calamitatum uel flagitiorū omnium expertia. Et, ſi continuanda inueſtigatio uidetur, ut uterque cum ſapiētia ſe gerat, alterum dicimus ſapientem eſſe in bello,

Scutigeróſque viros, & equos ornare peritum:

Quod quidē fœdiſſimū triſtiſſimúmque eſt ex cunctis negotiis humanis. Alter uerò, qui in agricultura ſapit,

Pleiadum exortu ſegetis auſpicia ſumit:

Ipſo autem occaſu terram proſcindit aratro.

Obſeruat prætera annuas tempeſtates, curſum lunæ, exortum aſtrorum, imbriū modos, opportunitates uentorum. Placet etiam in iis uiris inquirere corporum uirtutem fortitudinémque in ferendo labore. Itaque

dicendum perrara tempora militibus occurrere quæ eos in laboribus habeant. At agricola continuo labore exercetur: ſub dio degit, amicus ſoli, domeſticus nimbus, compactis membris, diſcalciatus, manu prõptus, peruigil, pedibus pernix, ad ferẽdum robuſtus. Quem ſi pugnare oporteat, militem uideas exercitatum in laboribus ueris, quales expertus eſt Darius in Marathonia pugna, quo tempore Athenienſium ciuitas militibus utebatur minimè quidem grauiter armatis, ſagittariis, nautis, equitibúſue: uerùm ex pagis tributim delectis, agricul-
86 *toribus ſcilicet. Nam quum barbarorum claſſis ad Marathonem acceſſit, ex agris concurſus factus eſt frequens militum æſtuantium ira: quorum alij ſe aut ligonibus, aut uomeribus, aut falcibus, ueluti legitimis telis, munierant aduerſus hoſtes. O exercitum pulchrum, propria opera utentẽ, libertatíſque redũdãtem! ô telluris agriculturæ que optimos ac generoſos fœtus, ut libet ueſtras uirtutes in cœlum efferre. ut laudare animus geſtit arma, quibus armis pro uinetis atque oliuetis patriæ terræ pugnaſtis, immenſóſque labores pertuliſtis. cum ijs iterum ad agrũ rediiſtis, ex bellatoribus agricultores, ex agricultoribus fortiſſimi uictores. ô honeſtam commutationem. At Perſas in exercitu pellices ſequuntur, ut pro chariſſimis rebus, pulcherrimè dimicent. An agricola minus ſtrenuè à chariſſimis uinetis, oliuetis, ſegetibus, uaſtitatem repellet? Si uerò cum huiuſmodi milite conferre uolueris quæ inſequuta ſunt tempora, plures quidem inuenies milites, uerùm minimè uictores: armatos, at mercenarios: armatos, at educatos in umbra: armatos, at contumelioſos: in Sicilia uictos, captos in Helleſponto.*

Helleſponto. Si Perſica recenſere uolueris, ibidem etiam inuenias milites ab agricultura deductos. Quando enim, quando uicti ſunt Medi à uictoribus Perſis? tunc nempe quũ adhuc Perſæ occupationes ruſticas habebãt, Medi uerò arma tractabant: Cyrus aduerſus eos exercitũ duxit, ex militibus in Paſargadis, aſpera nimirũ regione, exercitatis, propria manu militaria opera edere aſſuetis. At ubi ſe Perſæ ab agricultura reuocare, agróſque & aratrum ſegetéſque poſthabere cœperũt, tunc maximè unà cum inſtrumento ruſtico, uirtutes etiã ipſas abiecerunt.

SERMONES OPTIMOS ESSE qui operibus conſonent. Sermo XV.

PROFECTUS eſt olim in Græciam, oris abuſque Scythicis, ſapiens uir longè primus barbarorũ cunctorum, quos Scythia (ut tum erãt tempora) tuliſſet: ſapientiæ minimè uerboſæ loquacíſue amator, ſed qui totius ſapientiæ caput locaret in uita perfecta, in ſanitate mẽtis, in breuiloquẽtia ſignum at-
87 *tingente: quæ imaginem gereret non mercenarij peltati temere atque improuidè curſantis, ſed potius ſtatarij militis, certo paſſu gradiẽtis, ſéque tutè mouentis. Hic quũ perueniſſet Athenas, in ſtatarium quidem ibi neminem incidit, ſed in peltatos permultos, quorũ concurſationem tumultúmque quũ minimè laudaret Anacharſis, circuiuit reliquam Græciam deſiderio ductus firmæ ac ſtatariæ ſapiẽtiæ: quam ſi quo alio inuenerit loco, haud ſatis noui. Conſtat tamen reperiſſe eum Chenis, oppidulo admodum tenui, uirum probum nomine Myſonem: cuius probitas eiuſmodi erat, ut pulchrè regeret domũ,*

tellurem commodè curaret, prudenter nuptias concilia-
ret, ingenuè pueros aleret. Itaque peregrino illi Scy-
thæ uiſum eſt, minimè ſibi amplius laborãdum eſſe in
quærenda ſapientia garrula, apparentibus operibus
Myſonis: quæ quidem ſedulò inſpexit. Vbi ea autem in-
ſpexiſſe ſatis eſt uiſus, ait ad eum Chenæus Myſon, Nos
uerò ô Anacharſi, neſcio ſanè cur propter hæc uidea-
mur hominibus ſapientes. Verùm ſi ſapiẽs ego ſum, id-
circo quòd huiuſmodi ſtudium ſequor, quò ſe tãdem re-
cipiet id quod dicitur inſipiens? Adamauit itaque maxi
mè Anacharſis, in hoſpite Græco, copiam operum, parſi-
moniam uerborũ. Pythagoræ ſermones legibus ſimiles
fuerunt, breues ſcilicet, ſummariique in uerbis, in ope-
ribus prolixi: qui neque nocte, neque interdiu unquam
animum remitterent, ſinerèntque ad lãguorem ac de-
ſidiam laxari. Nam quemadmodum in concentibus
muſicis, ſi quid, quanuis admodum exiguum, præteritũ
ſit, diſſipat elegantiam concentus: ſic etiam uitæ conſo-
nantiam (ſi quidem ea in compoſitionem fugere debet ac
nequaquam temere traduci) concordes habere oportet
operibus ſermones: ita ut neque opera nimis tecta ſint,
neque ſermones ſuperiores operibus, tanquam in angu
ſtum uaſculum infuſi, undique ab eiuſdem labris ex-
undent. uerũ altrinſecus concordes effecti, debent ean-
dem menſurã eãdémque plenitudinem ſeruare. Quiſ-
quis igitur concentum hunc amat, uúltque ut ab ope-
88 ribus modulatus ſermo oriatur, hicne in eloquentia glo
riabitur? Minimè. At qui nemo pauones quòd ex cunctis
auibus, intuentium oculos maximè oblectent, quũ tamen
ea pulchritudo parum eis commoda ſit ad uolatum, in

quo conſiſtit auium robur: putat ob pulchritudinem beatos. Luſciniarum cantus iucundè auribus accipimus, uoluptas tamen quam ex ea re capimus, nihil auibus illis cõfert ad ſalutem. Ex aquilæ clãgore, ex leonis rugitu, cum offenſione aurium noſtrarum, cognoſcere licet uires animalium quæ ſonitum illum ædũt. At ſi nec ineptius nec debilius hominis uox hominem prodit, quàm leonem proprius rugitus, uel aquilas clangor: an, quæſo, indignum homine eſt auribus captare, num exauditus loquẽtis hominis ſonus, luſciniæ ſit, auis pauidæ ac momentaneæ linguæ: an potius aquilæ, uel cuiuſpiam alterius animalis maſculi atque iracũdia præditi? Zopyrus ille, oculorũ intuitu, corporũ formis occurrens, certus iudex uatéſque erat, & animi & morum, per incertam diuinationem ſpectabilium rerum. Quæ enim commiſſio corporis atque animæ eſt adſimilitudinẽ agnoſcẽdam? &, ſi demus diuinationem in anima conſiſtere, ea ex leuibus atque obſcuris argumẽtis haberi non poteſt. Dandum eſt oculis, conſuetudinem cum figuris ac coloribus habere poſſe, ex quibus uel delectationem uel offenſionem aliquam accipiant. Auditui ſatis eſt ad orationem probandam, ſi lingua id quod intendit, bellè attingat, ſi uocabula facilè fluant, ſi uerba Attica, ſi ambitus uerborum nequaquam ſit durus, ſi concentus aures demulceat. At hæc omnia, ſecundum poetam, in fabula quæ Bacchus inſcribitur, ſunt racemi, garrulitates, hirundinum cantus, corruptionéſque artis. Dicat hic aliquis, In quo igitur conſiſtit pulchritudo ſermonis? Nondum me amice, id roges, ipſam utique aſpicies pulchritudinem, quum primùm ad eius perueneris conſpectum.

Quis enim Cimmerio homini narrare ualeat pulchritudinem ſolis? quis mediterraneo figuram maris oſtendat? quis etiam deum Epicuro? Spectaculum hoc minimè nobis narratione innoteſcit, uerùm ad id opus eſt ſcientia.
89 *donec enim fidem non habueris ſcientiæ, iudicium neceſſe erit ſemper errare. Quæcunque humus emittit, uiator obiter uario ſenſu intuetur, ſed agricola ſano iudicio ſpectat. Hic florem plantarum laudat, ille uel magnitudinem uel umbrā. Hic colores plantarum extollit: agricola nihil præter fructum, qui emolumentum aliquod afferat, probat. Siquis uiatoris illius prætercurrētis exemplo, ſermonem aliquem excipiens, ad eius ſuauitatem laudandam ſe conuertit, minimè damno: ſi uerò agricolam imitari maluerit, fruſtra mihi laudauerit ſermonem, cuius utilitatis rationem nō antè reddiderit. Dic in eo ſermone quos uideris, quos decerpſeris fructus, quemadmodum periculum feceris, num diligenter excuſſeris utrum ille ſermo fœcunditatem gerat ad procreandos alios fructus: num inde animus tibi tuus probum aut fructuoſum aliquid pepererit. An uerò ſeneſcentes quidem piri, piros ſibiipſis ſufficient? malum ex malo, uitiſque ex uite, & ficus ex ficu accipiet uitā? ſermonis autem partus, interitum ſortietur cum die? fructúſque eius nec ſemen habebit, nec alimentum præbebit, neque etiam animum uerſabit,*

Sed magis in morem ſuprema natabit oliui.

Quamlibet huiuſmodi agriculturā mihi narrato, ſed laudibus tamen parcito. Si enim ſermo utilitate uacuus fuerit: ſuſpectam mihi cauſam facit, piget laudatoris ipſius. ac eas laudes odi, quæ manant ab iis animæ mem-

bris, in quibus aut intemperantia, aut infirmitas iudicii, aut deceptio conſiſtit.

Nõ Phrygios pudor atq; inſtructos crura Pelaſgos,
Coniuge pro tali longæuos ferre labores.

Vides quàm improbè laudet, qui mulierculã unam, uoluptatẽmque ex ea ſperatam cum infortunio Græcorum ac Troianorum compẽſet. Nimirum eiuſmodi tibi uidetur noſter ille laudator, ſiquando quis in ſermonem laſciuientem inciderit, cuius dolum quidem non ſentiat, amet autem iucunditatem, rapiaturque paulatim non ſentiẽs quotidianis leporibus ablatus: ueluti nautæ propterea quòd uẽtus minimè ſpiret à tergo ac nauem uero curſu defraudet, tranquillo maris allapſu delati, ad deſertiſſima littora difficiléſque cautes appelluntur. Sic etiã fit ut qui ſeſe huic ſuauitati ſemel crediderint, in primis ignorantiam latenter incurrant, tum uoluptatis ſtudio ad uaſtiora littoribus cunctis loca ferantur, duríſque cautibus duriora, ipſi ſuum amplectentes errorem, oblectamentóque animæ congaudentes. Qua quidem in re febrientibus ſunt perſimiles, qui contra medicinæ legẽ, potui ac cibo indulgentes, malum malo inducunt, ægritudinémq; exaggerãtes, eligũt potius, ſibiipſis obſequendo, morbum contrahere, quàm cum dolore ſanitatem comparare. Non defuerũt tamen medici, qui uel modicam aliquam uoluptatem, dolori curationis admiſcuerint. Qui uerò uoluptatem & omnigenam uoluptatem ægrotis indulget, is neque AEſculapius eſt, neque AEſculapij diſcipulus, ſed potius coquorum imitatur artificiũ: neque maiorem æſtimationem meretur impudens ſermo, quàm lenocinium uentris, à quo ſi utilitatem de-

puleris, oblectamētis tantùm relictis, ſcias te decreto tuo orationem eiuſmodi re ac nomine petulantiæ parem, intemperantiæque efficere: quibus uitiis uniuerſa ſubditur turpitudo, quæcūque ſolet per ſenſus animum inuadere, comitante uoluptate. Sed ſinamus huiuſcemodi coquos comeſſationibus ſeruire, eſſéque & Veneris & auriū miniſtros impuros. nos ſermonem quærere decet rectum, erectúmque, clariſſimè clamantem: ſecúmque animum noſtrum altius terra terreníſque illis affectibus extollentem, in quibus uoluptas, cupiditas, ambitio, amor, iracundia, dolor temulētiáque uerſantur. Quibus omnibus meliorem eſſe oportet qui ſit futurus philoſophici ſermonis uerus rhetor, haud ignauus, haud infractus, haud fucatus, haud iudicijs tantùm atque ancipitibus curis paratus, uerùm ubique cuiuſlibet negotij diſcuſſor peritus, in concionibus uidelicet ſapiens conſultor: in iudicijs æquus, in conuentibus hominum prudens certator: in erudiendo præceptor exactus: qui non de Themiſtocle tantùm nequaquam amplius in rebus humanis exiſtente, neque inter contemporaneos Themiſtoclis Athenienſes declamet: non de ſtrenuo quopiam inaniter fingat argumentum. neque etiā is qui mœchus
91 *ipſe aduerſus mœchos. contumelioſus ipſe aduerſus contumelioſos oret. Carere ſcilicet illum oportet affectionibus huiuſmodi, ſi quidem delictorum cunctorum futurus eſt uerus caſtigator. Talem eſſe oportet, qui in optima lucta, loquendi ſuſcipit certamen, inſtructus ueris miniméque blandientibus uerbis, ſanè exercitatus, potens modò ſuaſionibus, modò etiam terroris ui proximum quéque ad ſe trahere. Et ſi ad illiciū animorū,*

huiuſmodi ſtudio adiicere aliquantulam uoluptatem oportet, planè uoluptatem ipſe quoque admiſerim, dum tamen non egrediatur terminos harmoniæ, tubarum inſtructas excitantium acies. Ea ſi eiuſmodi fuerit, ſuauitate animum impellet. tali nobis uoluptate eſt opus, quæ magnitudinem ſuam conſer.. ans, nihil ſecum afferat pudendi. Hanc ego uoluptatem requiro, quam uirtus nunimè repellat, ſed potius ſecum, ueluti pediſſequam, ducat. Neceſſariò enim quodcunque natura pulchrum eſt, adiunctas habeat & gratias, & uenuſtatem, & deſider um, & delectatio. is numeros omnes. Ita cælũ non modò pulchrum bonúmque eſt, ſed rerum omnium quæ ſpectantur, eſt iucundiſſimum: ſic mare nauigabile, ſic ſegetes frugiferæ, ſic arboriferi colles, ſic florida prata, ſic fluenta hominibus placent. Gratiſſimus erat intuentibus Achilles: quid ni? non tamen ob cæſariem flauam: (nam & erat pariter comatus Euphorbus) uerùm ideo Achillis pulchritudo fauorem ſibi conciliabat, quòd erat illuſtrata uirtute. Gratus quoque uiſu inter fluuios Nilus, nequaquam ob affluentiam aquarum. id enim præſtare poteſt & Iſter. at Iſter infœcundus eſt, fœcundiſſimus Nilus: ideóque Nilus aſpectũ oblectat. Neq; enim auſim, prætermiſſa dei uirtute, laudem illi ſolius tribuere uoluptatis. Phidiæ quoque ſtatuas uoluptatẽ præ ſe ferre ſic ſentio, ut artem maximè laudẽ. Ex Homeri cantu uoluptatem percipio: at eſt alia digniórq; cauſa cur eũ admirer. Ipſum quoq; Herculẽ expertẽ fuiſſe uoluptatis, eámq; inguſtatã reliquiſſe nõ credo. neq; Prodico fidẽ prorſus habendã puto: ſed uiri uoluptates quodnam aliud officium præſtant, præter-

quam ſolatia laboribus, minimè quidem à corpore ſen-
92 *ſuue quæſita, ſed natiua atque interius edita? Conſueſcente enim animo delectationem ſuſcipere ob facinora pulchra, conſueſcit & ſermo. Sic gauiſus eſt* Hercules *igneam pyram conſcendens. Ita &* Socrates *in uinculis manens ac legi obediens. Comparemus calicem illum* Socratis *cum* Alcibiadis *calice. uter eorum dulcius bibit: uinúmne* Alcibiades, *an* Socrates *uenenum?*

QVID INTENDAT HOMERUS. Sermo XVI.

LIBET *Homeri ipſius exemplo, præſentem huic ſermoni deorum aliquem, uel ſuam illam* Calliopen *inuocare,*

Dic mihi muſa virum, mores qui vidit & vrbes
Multorum.

Haud tamen ita peruagatum, qui inhoſpitalem terram peruaſerit, arduum fretum pertranſiuerit, cum hominibus feris tulerit congreſſus: (commentitia hæc omnia fuerunt) ſed qui expedito animo uſus, quaſi leui quodã uehiculo, magíſque quàm corpus ipſum ſit, ad peregrinandum idoneo, in omnem partem uagabatur. naturámque conſiderauit uniuerſam, quot uidelicet motus ſunt cæli, quales affectiones terræ, deorũ conſilia, hominum naturas, ſolis ſplendorem, ſiderum chorũ, animantium genituras, alluuiones maris, amnium oſtia, aeris mutationes: ciuilia, domeſtica, bellica, pacifica, nuptialia, ruſtica, equeſtria, nautica: diuerſas artes, uarias uoces, multiplices ſpecies dolentium, geſtientium, lugentiũ, ridentium, pugnantium, iraſcentium, comeſſantium, nauigantium. Quo fit ut quùm locus hic Homeri *com-*

memorationem expoſcat: neque ego ad eius uiri laudadationem mihi ipſi uidear ſufficere, de carminibus eius mutuandam eſſe orationem cenſeam, ne tenuitas proprij ſermonis, tanti uiri laudem quoquo modo dehoneſtet ac corrumpat.

Prima tibi ante omnes laus hæc debetur Homere,
93 Seu te muſa Iouis docuit, ſeu pulcher Apollo.

Muſarũ uerò atque Apollinis præcepta ab ipſis uſque primordiis repetita, nihil aliud cenſere fas eſt, quàm quibus ornatur atque excolitur animus. Id *autem quid eſt aliud quàm philoſophia ipſa? Porrò philoſophiam quidnam aliud eſſe arbitramur, quàm diuinarum atque humanarum rerum exactam aliquam ſcientiam? quæ uel uirtutes, uel ratiocinationes pulchras conſentientiſſimæ uitæ ac ſtudiorum commodorum diſpenſet. Huius ſcientiæ ſumma (quum interim diuerſos habitus gerat) haud iniucundis diſciplinis legentiũ animos pertractat, quorum alij quidem ea quæ apud illum leguntur, quaſi expiationes myſteriáque appellant, alij fabulas, alij uerò muſicen, alij diuinationẽ. Q uúmque horũ omnium commune propoſitum ſit animum iuuare, priuata tamen cuiuſlibet ratio peculiarem aliquem habitum accepit. Verùm ita poſteriora tempora tulerunt, ut audentiores effecti homines affluẽtia doctrinæ, diſcuſſis rationis inuolucris, philoſophiam prodiderint nudam, ac uulgatam, quæ uſque adeo ob nimiam familiaritatem cum cœtibus hominum obuiluit, ut ſolũ pulchri operis nomen miſeris interim ac ſophiſticis quibuſdam argumentationibus inerret. Proinde eò deuẽtum eſt ut Homeri ac Heſiodi carmina, uniuerſáque illa antiqua*

ac diuinitus afflata Muſa, merarum fabularum argumenta reputentur, quarum uel hiſtoria tantùm, uel carminum lepos, uel florida harmonia homines capit, perinde ac tibiarum uel fidium quædam modulatio: pulchritudo autem uera contemnitur, plebiſcitóque de uirtute exploditur. Quo fit ut Homerus *ille hominum generis princeps, philoſophia prorſus abdicetur.* Ex *quo enim à* Thracia *ac* Cilicia *ſophiſticæ argumentationes* Græciam *ſubinuaſere,* Epicuri *præterea atomus,* Heracliti *ignis,* Thaletis *aqua,* Anaximenis *ſpiritus,* Empedoclis *contentio,* Diogenis *dolium, ac multitudo illa philoſophantium caſtrorum, aduerſas inuicem acies ordinare ac committere cœperunt; uerbis ac ſuſurris oppleta ſunt omnia, ſophiſtarum incurſantium ſophiſmis: operis autem mira inopia. bonúmque illud celebra-*
94 *tum tantopere, pro quo uariis ſententiis* Græci *diſputant ac diſceptant, conſiderat nemo: quum tamen illa uetuſta philoſophandi ratio, in qua adhuc* Homeri *poetice longè eſt princeps, generoſos uiros, legitimóſque aluerit atque erudierit philoſophiæ alumnos.* Eius *nanque alumnus eſt* Plato, *qui quanuis præceptorem abneget, ego nihilominus & ſigna intueor, & ſemina cognoſco.*

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat:

Hæc fuit effigies vultus, ea forma comarum.

Quamobrem auſim affirmare, non tam ſimilem Socrati Platonem *eſſe quàm* Homero: *quanuis* Homerum *fugiat* Plato, *quanuis* Socratē *ſectetur.* Nec *tamen id nūc ago, ut* Platonis *uoces cum* Homeri *uocibus, nomina nominibus, uerbis uerba conformem: (tametſi illa ex eadē*

officina atque harmonia defluxerũt, quemadmodum
Mæotis ex Oceano, ex Mæotide Põtus, ex Ponto Helleſ-
pontus, pelagus ex Helleſponto:) *ſed potius, utriuſque*
conſiderans mentem, cognationem inter eos agnoſco. ue-
rùm de hoc alio iterum loco à me dicetur. Nunc tamen
orationem reſumamus ad inſpiciendam mentem Ho-
meri, próque eius dignitate loqui ſtudeamus. Videtur
ſanè Homerus *diuiniſſimam naturam accepiſſe, aptiſ-*
ſimum iudicium, peritiámque multiplicium morum
conſuetudine formatam, qui eo conſilio ad philoſophiam
acceſſerit, ut eam ex harmonia quadam tunc maxi-
mè uigenti, communem Græcis *omnibus faceret. ea har-*
monia, poeticæ eſt, quam nec Ionicam *tantùm, neque*
mere Doricam *aut* Atticam *uoluit eſſe, ſed potius u-*
niuerſæ Græciæ *communem.* Quippe *qui cunctorum*
Græciæ *populorum inſtitutioni proſpiciens, uocabula*
miſtim omnia Græcorum *collegit, hiſque ad effigian-*
dam poeticen confuſis, effecit ut blanda ſimul, intelli-
gibilia iucundáque omnibus exiſterent. Porrò *quum a-*
nimo uolueret, paucos ſapere mortales, multitudinem
uerò popularem gubernationem appetere, neutri ge-
nerum horum ſeparatim poeticen ſuam conſtruxit:
quemadmodum Heſiodus, *qui ſeorſum heroum ge-*
nera incipiens à mulieribus, enarrauit, ut quiſque
95 *ſcilicet ordine æditus fuerit: ſeorſum quoque diuinos*
compoſuit ſermones, & cum ſermonibus genituras
deorum coniunxit. Separatim *iterum compoſuit quæ*
ad uitam hominum conducibilia putauit, opera ſcili-
cet quibus occupari homines deberent, diéſque qui-
bus ea agi oporteret. Homerica *uerò longè aliter ſe ha-*

bent. nam neque is ſingula pertractat, neque tamen ita omnia ſimul omnibus commiſcet, ut diiudicari diſtinctio non poſſit. Verùm illuc eius uidetur ratio ſpectare, ut uniuerſa oratio fabularũ habitum gerat. Quamobrem Troiana geſta Vlyſſiſque labores enarrauit, quibus tamen manifeſta Theologia, ciuiles mores, uirtutes ac flagitia hominum, affectiones, infortunia, fœlicitates permiſcentur: tametſi ſingula proprium habeant ſubiectum. Fitque propè eiuſmodi res, ueluti ſi cogitatione capere poſſis, eſſe organum aliquod quod uniuerſam harmoniam uocum diuerſarum, cunctis aliis uocibus conſentientium, comprehendat. Sed potius alio modo ſimilitudinem reddamus. Vidiſſe te putato qui complura multimodáque muſica inſtrumenta collegerit, ut eſt tibia, ut ſunt nerui, chorique concentus: quibus adiuncta fuerit uel tuba, uel fiſtula, uel aliæ quædam inſtrumentorum ac nominum ſpecies. Horum ſingula etſi propriã artem reſpiciunt, ita tamen mutuo ſibi inuicem ordine reſpondent, ut communem aliquam proferant muſam. Et ut ſummatius loquar, eiuſmodi eſt poeſis Homerica, cuiuſmodi fuerit uel Polygnoti, uel Zeuxidis pictura: ſi quidem cogites hoſce pictores, philoſophos fuiſſe miniméque temere exercuiſſe picturam. Quorum duplex negotium fuit, alterum quidem quod ab arte, alterum quod à uirtute depẽdet. Ex arte eſt, ut figuræ ac corpora ueritatis effigiem ſeruent: ex uirtute autem, ut linearũ decora diſpoſitio imitationem pulchritudinis reddat. Eodem ferè modo uelim Homerica conſideres, in quibus duplex pariter negotium apparet. Id nanque quod poeticen ſpectat, fabulæ effigiem intendit: quod phi

loſophiam reſpicit, id ad amorem uirtutis, ac ueritatis
cognitionem penitus fertur. Inducitur *ſtatim ab* Homero
Th*eſſalus ac regius uir,* Achilles *uidelicet, &* Agamem-
non: Agamemnon *quidem ab ira ad contumeliam impul*
ſus, Achilles *uerò indignè habitus agitur furore.* Hoc
quid eſt aliud, quàm imago quædam affectus iuuentu-
tis ac licentiæ? Oppone *utrique* Neſtorem, *longæuum,*
96 *conſultiſſimum diſertúmque.* Inducitur *in alio loco* Ther
ſites, facie deformis, immoderatæ dicacitatis, ingenii mi
nimè ordinati, imago uidelicet populi impudentis. Ad-
uerſus hunc ſtatue uirum bonum, peritiſſimúmque du-
ctorem incedentem,

Vt ſiquem inueniat regem ac virtute ſupremum,
Hunc teneat placidis verbis, atque adſtet eunti:
At ſiquem inueniat media de plebe ſtrepentem,
Hunc ſceptro impellat.

N*um tibi non idem facere* Socrates *uidetur? qui regios egregióſque uiros placidis ſermonibus honorificè pertractat atque accipit,* Timæum *ſcilicet,* Parmenidem, *aut alium hoſpitem regium.*

At ſiquem videat media de plebe ſtrepentem,

hunc quidẽ ſermonibus impellit: Thraſymachum *puta,* Polum, Calliclem, *uel alium quempiam audacem, atque aculeatis ſermonibus utentem.* Reuertamur *iterum ad* Homerum, *& ad eos quos ipſe barbaros enarrat. hîc etiam uideas uirtutem cũ flagitio pugnare.* Videas *quidem* Alexandrum *proteruũ,* Hectorem *modeſtum: meticuloſum* Alexãdrum, Hectorem *fortem.* Et, *ſi alterutrius nuptias expendere uolueris, alterius quidem amandæ ac ſequendæ, alterius omnino miſerabiles.*

hæ ſanè execrabiles, illæ laudabiles: hæ adulterinæ, illæ legitimæ. Cōſidera præterea, ut alias quoque uirtutes ſingulis uiris attribuerit: ut quum fortitudinem aſſignat Aiaci, Vlyſſi *ſolertiam,* Diomedi *confidentiam, conſilium optimum* Neſtori, *qui quidem probæ uitæ atque abſolutæ uirtutis imaginem effingit. Quamobrem ei dimidium egregiorum illorum facinorum acceptum refert.* Et *hæc quidem (ut collectim loquar) breuia quædam ueſtigia ſunt longiſſimæ rationis indagandæ.* Q*uòd ſi pauca de natura deorum afferre oportet, ut uideamus quid de his* Homerus *ſentiat, reliqua item cū uno* Platonis *ſenſu, ceu cum imagine quadam, comparare poterimus, ſeruata ea conſuetudine, quæ antiqua cum*
97 *recentioribus confert: quandoquidem hac potiſſimum ratione decernendum eſt.* Sanè *magnus* Iupiter *in cælo, hoc totidem uerbis loquitur* Plato: *uehitúrque apud ipſum* Iupiter *alato curru, deorúmque omnium ductor exiſtit.* Apud Homerum *uerò* Iupiter *imperatoriam poteſtatem exercet,*

Nemo meos iuſſus deus aut dea rumpere tentet,
Sed potius probet, vt confeſtim facta ſequantur.

Poſt hæc iungitur currus, equíque decurrunt,

Alitibus ſimiles, aurato & crine comantes.

I*ungit etiam* Neptunus *currum in mari,*

Incubuit cetis, circùm exultantibus vndis.

Habet *&* Plato *apud* Homerum *tertiam regni ſortem.* Nam *apud* Homerum *trifariam cūcta ſunt diſtributa.* Neptunus *quidem ſortitus eſt incanum mare habitare ſemper,* Pluto *autem ſortitus eſt tenebras caliginoſas,* Iupiter *uerò cælum.*

AEquor enim incanum Neptuno obuenit,& ipſas
Ditis habet tenebras:at cælum Iuppiter altum.

O æquam atque philoſophicam diſtributionem. Inueni-
re etiam potes apud eum alia principia genitúráſque
diuerſorum nominum, quæ quidem fatuis lectoribus fa-
bularum ſunt inſtar. At ea philoſophus intelligit ad
rem ſeriam ſpectare. Inuenias etenim *principium uirtu*
tis, quod Minerua *nominatur: eáque in laboribus cun-*
ctis, uirtutis aſſiſtit alumnis. Inuenias *principium a-*
moris, ſed huius cauſa refertur in Venerem. *cæſti enim*
potens, deſideria ſubgerit hominibus. Eſt & principium
artis, cuius cauſam Vulcanus *habet, qui in ignem ha-*
bens imperium, communicat artem. Apud Homerum
præterea Apollo *ductor eſt chori,* Muſa *ductrix eſt cãtus,*
belli ductor eſt Mars, AEolus *uentorum rex,* Oceanus
amnium princeps, in fructus Ceres *habet imperium.*
Adeo pars nulla apud eum aut numine uacat, aut prin-
cipem non habet, aut principio caret. Verùm *referta*
ſunt omnia nominibus diuinis, rationibus diuinis, arte
diuina. Víſne *conſiderationem ad elementa transferre,*
ut inuicem pugnent? Horum *pugnam inſpicies in cam-*
po Troiano, *haud* Troianorum *ac* Græcorum *ipſorum*
uiciſſim cædentium cæſorúmue, quum interea humus
ſanguine irrigua eſſet: ſed ignis ac fluminis pugnam,
tumeſcente uidelicet amne, clariſſimiſque ac continuis
98 *undis aſſurgẽte.* Igne *contra uortices undarum obnixè*
impetente, urente interim comas ac fluminis ornatum,
ſalices uidelicet, myricas, lotum, uluas: urente demum
quicquid fert amnis cunctáque animantia aquatica,

Torquentur pariter fluuiali vortice læues

Anguillæ, ſaliénſque vndis hu͂c piſcis & illuc.

Quúmque bellãtes nullam ſibi inuicem haberent fidẽ, interuenit Iuno, fœderibúſq; inter partes ſancitis, prælium dirimit, elementáque ipſa conciliat. Sed miſſas faciamus ſignificationes occultas. conſideremus ea quæ noſtra ſunt, & quæ ad homines pertinent. Eiuſmodi eſt apud Homerum *politia, ut neque in* Piræo *conficta, neque in* Creta *à legibus formata ſit: ſed potius ſub heroico prætextu, per inſtitutionem heroicam demonſtrata à philoſopho ſit.* In *ea ſunt principes ipſi quidem exiſtentes, in opere deliberantes, ſtrenui propugnatores, ſapiens mulier reſiſtens petulãtibus iuuenibus, iuſtus rex errantis hoſpitis ſuſceptor, uir prudens, ſummo ingenio infortunia uaria depellens.* Pergo *demonſtrare politias præterea alias, fabricationibus aduerſis excultas.* Eas *Homerus uerbis,* Vulcanus *uerò in aurum exculpſit.* In *altera cantus chorique apparent, reges iudicantes, aſſeclæ populi uiſuntur.*

Aſt alibi cingunt vrbem duo caſtra virorum.

Rem non credideat rationibus ueris acceptis, ambiguitatem diſcuties. Hæ *uidelicet ſunt inſulanæ ciuitates, altera* Phæacum, *Ithacenſium altera: in altera uerecundia, in altera regnat petulantia: altera habet legitimos reges, altera impudentiſſimos procos.* Hi *quidem ingredientem regem, perinde ac aliquem deum, intuẽtur: illi regio thalamo inſidias tẽdunt.* Exitus *uerò quis eſt propoſitus utriſque? Nimirũ hos perpetua habet delectatio, iucunda uita, peregrinorum hoſpitalitas, maritimæ claſſes, terræ fructus: pernicies illos, ipſis uoluptatibus ingruens. qui quidẽ exitus contumelioſam improbitatem*

*probitatem atque incaſtigatam licentiam protinus ma-
net. Ipſum non uides Vlyſſem, ut cum uariis calamita-
tibus negotium gerens, arte ac uirtute, confidentia præ-
terea à uirtute ſuſcepta ſuperior euadit? Hæc nimirũ
illud eſt moly, quo contra Circen eſt uſus. Illud eſt
uelum, quod naufragus pectori ſuo appoſuit. Hæc eum
99 à Polyphemi manibus liberauit, hæc reduxit ab infe-
ris, hæc ratem compegit, Alcinoum demulſit, procorum
ſuſtinuit ictus, luctantem Irum, petulantiam Melan-
thij. Eadem quoque larem proprium liberat, ulciſci-
tur thalami inſidias. Denique facit eum Ioue genitum
uideri, ipſiſque aſſimilat diis, qualem haberi uult Pla
to eum qui beatiſſimus ſit.*

AN IPSA VIRTVS SIT ARS.

Sermo XVII.

E CQVIS *philoſophũ audiat, dicentem, uirtutem ab arte differre? uix enim aliud quicquam artem dixeris, ſi quidem nõ ſit uirtus: niſi forte aut aratrum, aut clypeum, aut nauẽ, aut murum, opus eſſe artis: id ipſum uerò unde accepimus quemadmodum ſingulis his oporteat uti, quí due eis præſidet, aut illorum, eum qui ea omnia poſſideat, ad ſobrietatem doceat uſum, utilitatémque quam ex ipſis ſuſcipere oportet, ad communem ordinet finem: arte dixerimus carere. Graue nimirum, ô dij, aut grauiſſimum potius, figulum quidem, cerdonem ac fabrũ, eius operis quod facere inſtituit, proditam habere artem: philoſophum uerò, id ipſum quod intendat, ediſcere, huicque eſſe uirtutis propoſitum finem: id tamen artẽ non eſſe, ſed diſciplinam quandam, quam quis ſine arte aſſe-*

quetur? Rectè inquã: haud enim uel inſulſè uel craſſè (per Iouem) opinaris. Ego uerò tuã iſtam laudo artem. Sed age, ut uideam caput ipſius cuiuſmodi facias. Figulus, ais, habet ab arte, ut diſcat fingere: cerdo itidem, ut corium cædat, ac faber, ut fabricetur. Egóq; concedo, operariũ quenque, quodcunque didicerit, efficere ex arte: non tamen ſingularum harum artium hunc eſſe finem, ut artifex ab alio artifice artem accipiat. ſcientiæ nanque ſucceſſio diſciplina inducitur: at uſus artium non quidem is eſt, ut ars artem efficiat: uerùm potius ut uel figulus amphoram fingat, uel tibicen tibias moduletur, uel imperator uictoriam pariat. Quorum omnium artibus, alius eſt propoſitus finis, præter artem, diuerſus ab arte. Non tamen penitus quodcunque nequaquam eſt ars, continuò erit inertia. Inertia enim, eſt priuatio artis ubi ea maximè requiritur: uerùm quod fit ab arte, éſtque præter eam aliud quiddã, non
100 eſt ars. Nũquid id putas ſatis demonſtratum? an adhuc erit manifeſtius dicendũ? Medicinã ais, quãpiã eſſe artem, itẽ ſtatuariã: utriuſq; uerò finẽ, non medicinæ medicinam, nec ſtatuariam ſtatuariæ, ſed ſtatuam ſtatuariæ, medicinæ ſanitatem atque habitudinem rectam? Quod diximus igitur, ſic conſideres uelim. Dic animum, corpus, lapidem, tria hæc, meras eſſe materias, formæ atque ornatus indigas: his itidem artes attribuito tres, quarum quæque in ſubiectam ſibi materiam ducta, ſingulæ ſingulas propria forma exornent. Fac lapidem effigiatum affabrè, in perſonæ ſpeciem extrui. Fac corpus humorum concordia permixtionéque temperamẽtum ſanitatis implere. Fac animum recta qua-

dam ratione motûque decoro uirtutis accipere ornamē-
tum. Si quidem trium horum artem aliquam eſſe fatea-
ris, & actoris nomē ad id quod eſt actū, deceptus affini-
tate, trāſtuleris, nihilo minus errare uidearis eo qui de-
fluentem à ſole lucem, ſolē eſſe affirmet: quæ quidē di-
uerſa à ſole, eſt opus ſolis, minimè tamē ipſe ſol. Enim-
uero quòd diximus, ab utraque parte cōſidera. Inqui-
ramus quid ſit ars, quid uirtus. Nūquid aliud artē eſſe
arbitraris, quàm rationē quandā ad finem tendētem?
Aliam quidē quæ mechanicè corporeis rebus operam
dando, id efficiat quod opus appellamus, ut architecti
domum, ut fabri nauem, ut imaginem pictoris: Aliā uerò
negotiorum exercitoriam, quæ nequaquā à corporeis ab-
ſtineat: ut eſt in imperatoria arte, uictoria: in medici-
na, ſanitas: in politica, iuſtitia. Tertiam rurſus artiū ſpe
ciē dicimus eſſe, rationem prorſus incorporeā, ſui ipſius
potentem, ſibique ipſi operam dantem, cuiuſmodi ſunt
Geometricæ atque Arithmeticæ artes, eæque omnes;
quarum finis in intelligentia cōſiſtit. qui neque ad ne-
gotiationem, neque ad opificium pertinet. His ita ſe ha-
bentibus, triplici exiſtente genere artium, ubinam rectè
uirtutē collocabimus, ſi quidē ea eſt ars? an in operariis?
ne tu quidē id dixeris. Supereſt ut contentio ſit inter ne-
101 gotiatoriam ac contemplantem: harū neutri uirtutem
abrogo, uerùm alteram alteri permiſcens, alterum
quiddam; quod ex omnibus conſtet, temperatum intelli-
go: compoſitúmque hoc totū aliud eſſe quo ab ſingulis il-
lis, ex quibus cōpoſitum eſſe apparet. Perinde ac ſi quis
hominis corpus, aut ignem, aut terram, aut aerem, aut
aquam eſſe contendat. Nónne ego ita dicenti ſubinde

K iij.

reſpondebo? Ipſum haud ignem eſſe, uel terram, uel aerem, uel aquam: quandoquidem quod mixtum ex multis eſt, haud quicquam eorum eſt, ex quibus fuerit confectum. Quomodo igitur uirtus quæ cum contemplante ac negotiatoria communicet, non ſit ars? à me dicentem ſequere. Non enim rationi innitor meæ, uerùm eam affero, quæ ex Academia profecta Platonis, muſæ contubernalis extiterit. Eandem Ariſtoteles excepit. Ego uerò ex altioribus principiis deduco. Suſpicor nanque ex Italia Athenas uſque deuectam, Pythagoreis quibuſdam honeſtam hanc mercaturam in antiquam Græciam mittentibus, quæ quidem ita ſe habet. HOMINIS *anima, ſecundum primam eius partitionem, bifariam diuiditur. Huius altera pars, ratio dicitur, altera, affectio: quarum utraque, quum nequiter ſe habeat atque inordinatè moueatur, uno ſimul ac turpiſſimo nomine uitium dicitur, fitque ut ex harum alterius æſtu ac fluxu, turpitudinis fontes ac geniture oriantur, quotieſcunque ſcilicet contingit feruidas affectiones animum incendere, ac rationis ſationibus productionibúſque calamitatem inferre. Nam quemadmodum accidit ut ſubitis procellis creſcentes amnes legitimum excedant alueum, ſupérque uel ſegetes uel plantarum culturam præcipites lati, ruſticorum operum ſalutem atque ornamentum euertant: ſic & animus affectionum nimia ui ab rectis ratiocinationibus depulſus, falſis nimirum atque improbis opinionibus præter naturam propriam ſurgentibus, corrũpitur, quæ eius menti pro ebriorum more, quibus nimia crapula interiores concire ægritudines ſolet, uelut ex latibulis repentia*

102 *quædam animalia, confundunt mentem, ab iiſque cogitur proprias eorum uoces perſonare. Si uerò manifeſtioribus exemplis opus ſit, improbitatem animi, inconditæ plebis aſſimilabimus imperio: quod quidem fit, quotieſcunque in ciuitate probitas uicta, multitudinis penitus licentiæ atque audaciæ ſeruiat.* Neceſſe eſt enim *eiuſmodi ciuitatem, diſſonãtem ac multarum partium eſſe, eandémq; innumeris affectionibus ac uariis cupiditatibus refertam, in uoluptatibus quidem, intemperantiſſimam: in iracundia, præcipitẽ: in tribuẽdis honoribus, immodicam: in fœlicitatibus, elatam: in calamitatibus abiectiſſimam eſſe: quando* Pericles *abſcedat exul &* Ariſtides: *tollatur* Socrates, Nicias *ſurgat,* Cleon *appetat* Sphacteriam, Thraſyllus Ioniam, Alcibiades *Siciliã, atque alij modò terreſtre, modò maritimum concupiſcant imperiũ, cum quibus pariter ignauiſſima illa atque inordinata plebs ac mercenarius miles, uagus, nulliq; addictus patriæ, conſentiant.* Enimuero *neceſſe eſt, eiuſce cupiditates, & ſeruitutẽ & calamitatẽ & tyrannidẽ parere, aut quicquid eſt aliud quod ſub horũ nominum abſurditate cenſeatur.* Cæterùm *& in animi politia ductores improbi & effrenatus populus,* Alcibiades *&* Cleones *plurimi, timidum nõ ſinunt animum quieſcere, ſuiſque ipſum rationibus ac legibus cedere.* Eiuſmodi *quidem in homine eſt flagitioſa politia.* Cõtrà *uirtus, cuius cauſa ſuſceptus eſt ſermo, illud idem habet quòd eſt in politia* Lacædemoniorum, *in qua inertiſſima illa plebs, paucorum probitati eſt audiẽs. atque hæc quidem conſeruat, illa conſeruatur: hæc iubet, illa obſequitur.* Quod *uerò ex utroque progreditur, libertas*

appellatur: eſtque altera pars alterius indigens, tam quæ iubet obedientis, quàm quæ obedit conſeruatricis. Eadem hæc forma reperitur in animo rectè ſe habenti, in qua ratio conſeruatoris locum obtinet, affectiones, conſeruati: ratio moderatur, affectiones moderationem accipiunt: opus uerò ex utroque conficitur quod libertatem dicimus. Vnius ordinis eſto quodcunque
103 *ſub contemplantium artium nomine cenſetur, ídque ad rationem referatur. Quod uerò ueluti materia quædã ab artibus illis ornatur, ſub affectionum genere ponatur. Prius illud ſapientiam uoces, quæ idem eſt quod ſcientia: hoc autem, uirtutem ab ſcientia productam. Vbi uerò immutaueris nomina, ſcientiámque uolueris uirtutem appellare, petam abs te quis uirtutem ediderit. Id enim quod genuit uirtutem, ſcientia eſt: uirtúſque ipſa natales ſuos in ſcientiam refert. Artem artium ſcientiam uocas? Audio. Scientiam ſcientiarum eam appellas? Docilem me præbeo, ac rationem accipio: dumtamen unum addideris, ídque pauxillum. Dic artem artium, artem: dic ſcientiam ſcientiarum, ſcientiam eſſe. alterum ab altero disiunge, ac me tibi conſentientiſſimum reddideris. ſi uerò ſcientiam ſeruando ac ſubtrahendo affectiones, rectam earum formam, ſcientiam eſſe contendas, ſimile quid feceris, quale erit qui Phidiæ ſeruando artem, materiam de medio tollat, materiæque nomen ipſi imponat arti. Vis ſciẽtiam bene beatéque uiuendi principem eſſe? imperet ratio, uis imperet ratio? ea* -- princeps vnicus eſto,

Cui dederit genitus Saturno ſceptra ſagaci.

Sed demus, rationem dominari, quóſnam ipſa miniſtros

operarióſque, qualiúmue eos habeat actionum? Cor-
pus, ais. uide quid agis. Vno enim eóque inordinato ſal-
tu, eorum ordinẽ, quos iuſſa capeſſere fas eſt, ab ipſo im-
peratore ad lixas & calones tranſtuliſti. Nónne ordi-
nem uides? in quo primùm dux ipſe conſiſtit, dein de-
curiones, armati, ſcutati, ſagittarij. Miniſterium nas-
que paulatim ab uniuerſo atque optimus ad uiles &
abiectiſſimos deſcendit. Verùm obiectionem promptam
agnoſco. Deus uniuerſum hunc orbem, patris inſtar
familiâs, artificioſiſſimè ac ſãctiſſimè gubernat. Quid
enim, nônne id fateris? In quo quîdnam potius, ſcien-
tiâne an uirtus? Si igitur ſcientiam, dei uirtutem dixe-
ris, utere ſine inuidia nominibus. Non enim quemad-
modum in homine, ita & in deo eſt animæ pars quæ
imperet, quæue obediat: uerùm eſt ſimpliciſſimũ quid
deus, ut mens, ut ſcientia, ut ratio. Si uerò deteriorem
cum meliori conglutinare, deterioriſque nomen melio-
104 *ri attribuere coneris, feram id, quãtum ad nomen tan-*
tùm, non autem ad rem ipſam pertinebit. Virtutem i-
pſam quantumuis ſcientiam uoca, dum tamen ipſam
ſcientiam, uirtutem non uoces. Falſum nimirum nomen
ac periculo (medius fidius) obnoxium, ſi qua eſt homini-
nibus habenda fides, quòd in contemplantibus ſcientiis
Arithmeticæ cæteræque diſciplinæ peruenientes ad
animum, uirtute homines imbuant. Id ſi quidem eſt ue-
rum, ſophiſtarum genus magnifaciendum eſſe appa-
ret: multiſcios ac multiloquos hos dico, plenôſque mul-
tarum diſciplinarum, qui quæ ſcire ſe profitentur, cau-
ponantur, atque indigentibus uendunt. Virtutis enim
nũdinationem inſtituunt, réſque tota ad mercimonium

K.iiij.

quam ſolatia laboribus, minimè quidem à corpore ſen-
92 *ſuue quæſita, ſed natiua atque interius edita? Conſue-ſcente enim animo delectationem ſuſcipere ob facinora pulchra, conſueſcit & ſermo. Sic gauiſus eſt* Hercules *igneam pyram conſcendens. Ita &* Socrates *in uinculis manens ac legi obediens. Comparemus calicem illum* So-*cratis cum* Alcibiadis *calice. uter eorum dulcius bibit: uinúmne* Alcibiades, *an* Socrates *uenenum?*

QVID INTENDAT HOMErus. Sermo XVI.

LIBET *Homeri ipſius exemplo, præſentem huic ſermoni deorum aliquem, uel ſuam illam* Calliopen *inuocare,*

Dic mihi muſa virum, mores qui vidit & vrbes
Multorum.

Haud tamen ita peruagatum, qui inhoſpitalem terram peruaſerit, arduum fretum pertranſiuerit, cum hominibus feris tulerit congreſſus: (commentitia hæc omnia fuerunt) ſed qui expedito animo uſus, quaſi leui quodã uehiculo, magíſque quàm corpus ipſum ſit, ad peregrinandum idoneo, in omnem partem uagabatur. naturámque conſiderauit uniuerſam, quot uidelicet motus ſunt cæli, quales affectiones terræ, deorũ conſilia, hominum naturas, ſolis ſplendorem, ſiderum chorũ, animantium genituras, alluuiones maris, amnium oſtia, aeris mutationes: ciuilia, domeſtica, bellica, pacifica, nuptialia, ruſtica, equeſtria, nautica: diuerſas artes, uarias uoces, multiplices ſpecies dolentium, geſtientium, lugentiũ, ridentium, pugnantium, iraſcentium, comeſſantium, nauigantium. Quo fit ut quum locus hic Homeri *com-*

memorationem expoſcat: neque ego ad eius uiri laudationem mihi ipſi uidear ſufficere, de carminibus eius mutuandam eſſe orationem cenſeam, ne tenuitas proprij ſermonis, tanti uiri laudem quoquo modo dehoneſtet ac corrumpat.

Prima tibi ante omnes laus hæc debetur Homere,
93 Seu te muſa Iouis docuit, ſeu pulcher Apollo.

Muſarũ uerò atque Apollinis præcepta ab ipſis uſque primordiis repetita, nihil aliud cenſere fas eſt, quàm quibus ornatur atque excolitur animus. Id autem quid eſt aliud quàm philoſophia ipſa? Porrò philoſophiam quidnam aliud eſſe arbitramur, quàm diuinarum atque humanarum rerum exactam aliquam ſcientiam? quæ uel uirtutes, uel ratiocinationes pulchras conſentientiſſimæ uitæ ac ſtudiorum commodorum diſpenſet. Huius ſcientiæ ſumma(quum interim diuerſos habitus gerat) haud iniucundis diſciplinis legentiũ animos pertractat, quorum alij quidem ea quæ apud illum leguntur, quaſi expiationes myſteriáque appellant, alij fabulas, alij uerò muſicen, alij diuinationẽ. Quúmque horũ omnium commune propoſitum ſit animum iuuare, priuata tamen cuiuſlibet ratio peculiarem aliquem habitum accepit. Verùm ita poſteriora tempora tulerunt, ut audentiores effecti homines affluẽtia doctrinæ, diſcuſſis rationis inuolucris, philoſophiam prodiderint nudam ac uulgatam, quæ uſque adeo ob nimiam familiaritatem cum cœtibus hominum obuiluit, ut ſolũ pulchri operis nomen miſeris interim ac ſophiſticis quibuſdam argumentationibus inerret. Proinde eò deuẽtum eſt ut Homeri ac Heſiodi carmina, uniuerſáque illa antiqua

ac diuinitus afflata Muſa, merarum fabularum argumenta reputentur, quarum uel hiſtoria tantùm, uel carminum lepos, uel florida harmonia homines capit, perinde ac tibiarum uel fidium quædam modulatio: pulchritudo autem uera contemnitur, plebiſcitóque de uirtute exploditur. Quo fit ut Homerus ille hominum generis princeps, philoſophia prorſus abdicetur. Ex quo enim à Thracia ac Cilicia ſophiſticæ argumentationes Græciam ſubinuaſere, Epicuri præterea atomus, Heracliti ignis, Thaletis aqua, Anaximenis ſpiritus, Empedoclis contentio, Diogenis dolium, ac multitudo illa philoſophantium caſtrorum, aduerſas inuicem acies ordinare ac committere cœperunt: uerbis ac ſuſurris oppleta ſunt omnia, ſophiſtarum incurſantium ſophiſtis: operis autem mira inopia. bonúmque illud celebra-
94 tum tantopere, pro quo uariis ſententiis Græci diſputant ac diſceptant, conſiderat nemo: quum tamen illa uetuſta philoſophandi ratio, in qua adhuc Homeri poetice longè eſt princeps, generoſos uiros, legitimóſque aluerit atque erudierit philoſophiæ alumnos. Eius nanque alumnus eſt Plato, qui quanuis præceptorem abneget, ego nihilominus & ſigna intueor, & ſemina cognoſco.

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat:
Hæc fuit effigies uultus, ea forma comarum.

Quamobrem auſim affirmare, non tam ſimilem Socrati Platonem eſſe quàm Homero: quanuis Homerum fugiat Plato, quanuis Socratẽ ſectetur. Nec tamen id nũc ago, ut Platonis uoces cum Homeri uocibus, nomina nominibus, uerbis uerba conformem: (tametſi illa ex eadẽ

officina atque harmonia defluxerũt, quemadmodum Mæotis ex Oceano,*ex* Mæotide Põtus, *ex* Ponto Helleſpontus, *pelagus ex* Helleſponto:)*ſed potius,utriuſque conſiderans mentem,cognationem inter eos agnoſco.uerùm de hoc alio iterum loco à me dicetur.* Nunc tamen *orationem rèſumamus ad inſpiciendam mentem* Homeri, *próque eius dignitate loqui ſtudeamus.* Videtur *ſanè* Homerus *diuiniſſimam naturam accepiſſe, aptiſſimum iudicium, peritiámque multiplicium morum conſuetudine formatam,qui eo conſilio ad philoſophiam acceſſerit, ut eam ex harmonia quadam tunc maximè uigenti,communem* Græcis *omnibus faceret.ea harmonia,poeticæ eſt, quam nec* Ionicam *tantùm, neque mere* Doricam *aut* Atticam *uoluit eſſe, ſed potius uniuerſæ* Græciæ *communem. Quippe qui cunctorum* Grciæ *populorum inſtitutioni proſpiciens, uocabula miſtim omnia* Græcorum *collegit, hiſque ad effigiandam poeticen confuſis, effecit ut blanda ſimul, intelligibilia iucundáque omnibus exiſterent.Porrò quum animo uolueret, paucos ſapere mortales, multitudinem uerò popularem gubernationem appetere, neutri generum horum ſeparatim poeticen ſuam conſtruxit: quemadmodum* Heſiodus, *qui ſeorſum heroum genera incipiens à mulieribus, enarrauit, ut quiſque*
95 *ſcilicet ordine æditus fuerit: ſeorſum quoque diuinos compoſuit ſermones, & cum ſermonibus genituras deorum coniunxit.* Separatim *iterum compoſuit quæ ad uitam hominum conducibilia putauit, opera ſcilicet quibus occupari homines deberent, diéſque quibus ea agi oporteret.* Homerica *uerò longè aliter ſe ha-*

bent. nam neque is ſingula pertractat, neque tamen ita omnia ſimul omnibus commiſcet, ut diiudicari diſtinctio non poſſit. Verùm illuc eius uidetur ratio ſpectare, ut uniuerſa oratio fabularũ habitum gerat. Quamobrem Troiana geſta Vlyſſiſque labores enarrauit, quibus tamen manifeſta Theologia, ciuiles mores, uirtutes ac flagitia hominum, affectiones, infortunia, fœlicitates permiſcentur: tametſi ſingula proprium habeant ſubiectum. Fitque propè eiuſmodi res, ueluti ſi cogitatione capere poſſis, eſſe organum aliquod quod uniuerſam harmoniam uocum diuerſarum, cunctis aliis uocibus conſentientium, comprehendat. Sed potius alio modo ſimilitudinem reddamus. Vidiſſe te putato qui complura multimodáque muſica inſtrumenta collegerit, ut eſt tibia, ut ſunt nerui, chorique concentus: quibus adiuncta fuerit uel tuba, uel fiſtula, uel aliæ quædam inſtrumentorum ac nominum ſpecies. Horum ſingula etſi propriã artem reſpiciunt, ita tamen mutuo ſibi inuicem ordine reſpondent, ut communem aliquam proferant muſam. Et ut ſummatius loquar, eiuſmodi eſt poeſis Homerica, cuiuſmodi fuerit uel Polygnoti, uel Zeuxidis pictura: ſi quidem cogites hoſce pictores, philoſophos fuiſſe miniméque temere exercuiſſe picturam. Quorum duplex negotium fuit, alterum quidem quod ab arte, alterum quod à uirtute depẽdet. Ex arte eſt, ut figuræ ac corpora ueritatis effigiem ſeruent: ex uirtute autem, ut linearũ decora diſpotio imitationem pulchritudinis reddat. Eodem ferè modo uelim Homerica conſideres, in quibus duplex pariter negotium apparet. Id nanque quod poeticen ſpectat, fabulæ effigiem intendit: quod phi

loſophiam reſpicit, id ad amorem uirtutis, ac ueritatis cognitionem penitus fertur. Inducitur *ſtatim ab* Homero Theſſalus *ac regius uir,* Achilles *uidelicet,&* Agamemnon: Agamemnon *quidem ab ira ad contumeliam impulſus,* Achilles *uerò indignè habitus agitur furore.* Hoc *quid eſt aliud, quàm imago quædam affectus iuuentutis ac licentiæ?* Oppone *utrique* Neſtorem, *longæuum,*
96 *conſultiſſimum diſertúmque.* Inducitur *in alio loco* Therſites, *facie deformis, immoderatæ dicacitatis, ingenii minimè ordinati, imago uidelicet populi impudentis.* Aduerſus *hunc ſtatue uirum bonum, peritiſſimûmque ductorem incedentem,*

Vt ſiquem inueniat regem ac virtute ſupremum,
Hunc teneat placidis verbis, atque adſtet eunti:
At ſiquem inueniat media de plebe ſtrepentem,
Hunc ſceptro impellat.

N*um tibi non idem facere* Socrates *uidetur? qui regios egregióſque uiros placidis ſermonibus honorificè pertractat atque accipit,* Timæum *ſcilicet,* Parmenidem, *aut alium hoſpitem regium.*

At ſiquem videat media de plebe ſtrepentem,

hunc quidē ſermonibus impellit: Thraſymachum *puta,* Polum, Calliclem, *uel alium quempiam audacem, atque aculeatis ſermonibus utentem.* Reuertamur *iterum ad* Homerum, *& ad eos quos ipſe barbaros enarrat. hîc etiam uideas uirtutem cū flagitio pugnare.* Videas *quidem* Alexandrum *proteruū,* Hectorem *modeſtum: meticuloſum* Alexādrum, Hectorem *fortem.* Et, *ſi alterutrius nuptias expendere uolueris, alterius quidem amandæ ac ſequendæ, alterius omnino miſerabiles.*

hæ ſanè execrabiles, illæ laudabiles: hæ adulterinæ, illæ legitimæ. Cõſidera præterea, ut alias quoque uirtutes ſingulis uiris attribuerit: ut quum fortitudinem aſſignat Aiaci, Vlyſſi *ſolertiam,* Diomedi *confidentiam, conſilium optimum* Neſtori, *qui quidem probæ uitæ atque abſolutæ uirtutis imaginem effingit. Quamobrem ei dimidium egregiorum illorum facinorum acceptum refert.* Et *hæc quidem (ut collectim loquar) breuia quædam ueſtigia ſunt longiſſimæ rationis indagandæ. Quòd ſi pauca de natura deorum afferre oportet, ut uideamus quid de his* Homerus *ſentiat, reliqua item cũ uno* Platonis *ſenſu, ceu cum imagine quadam, comparare poterimus, ſeruata ea conſuetudine, quæ antiqua cum*
97 *recentioribus confert: quandoquidem hac potiſſimum ratione decernendum eſt. Sanè magnus* Iupiter *in cælo, hoc totidem uerbis loquitur* Plato: *uehitúrque apud ipſum* Iupiter *alato curru, deorúmque omnium ductor exiſtit.* Apud Homerum *uerò* Iupiter *imperatoriam poteſtatem exercet,*

Nemo meos iuſſus deus aut dea rumpere tentet,
Sed potius probet, vt confeſtim facta ſequantur.
Poſt hæc iungitur currus, equíque decurrunt,
Alitibus ſimiles, aurato & crine comantes.
I*ungit etiam* Neptunus *currum in mari,*
Incubuit cetis, circùm exultantibus vndis.

H*abet & Plato apud* Homerum *tertiam regni ſortem.* N*am apud* Homerum *trifariam cũcta ſunt diſtributa.* N*eptunus quidem ſortitus eſt incanum mare habitare ſemper,* Pluto *autem ſortitus eſt tenebras caliginoſas,* Iu*piter uerò cælum.*

AEquor enim incanum Neptuno obuenit,& ipſas
Ditis habet tenebras:at cælum Iuppiter altum.

O æquam atque philoſophicam diſtributionem. Inuenire etiam potes apud eum alia principia genituráſque diuerſorum nominum, quæ quidem fatuis lectoribus fabularum ſunt inſtar. At ea philoſophus intelligit ad rem ſeriam ſpectare. Inuenias etenim principium uirtutis, quod Minerua nominatur: eáque in laboribus cunctis, uirtutis aſſiſtit alumnis. Inuenias principium amoris, ſed huius cauſa refertur in Venerem. cæſti enim potens, deſideria ſubgerit hominibus. Eſt & principium artis, cuius cauſam Vulcanus habet, qui in ignem habens imperium, communicat artem. Apud Homerum præterea Apollo ductor eſt chori, Muſa ductrix eſt cātus, belli ductor eſt Mars, AEolus uentorum rex, Oceanus amnium princeps, in fructus Ceres habet imperium. Adeo pars nulla apud eum aut numine uacat, aut principem non habet, aut principio caret. Verùm referta ſunt omnia nominibus diuinis, rationibus diuinis, arte diuina. Víſne conſiderationem ad elementa transferre, ut inuicem pugnent? Horum pugnam inſpicies in campo Troiano, haud Troianorum ac Græcorum ipſorum uiciſſim cædentium cæſorúmue, quum interea humus ſanguine irrigua eſſet: ſed ignis ac fluminis pugnam, tumeſcente uidelicet amne, clariſſimíſque ac continuis
98 *undis aſſurgēte. Igne contra uortices undarum obnixè impetente, urente interim comas ac fluminis ornatum, ſalices uidelicet, myricas, lotum, uluas: urente demum quicquid fert amnis cunctáque animantia aquatica,*

Torquentur pariter fluuiali vortice læues

probitatem atque incaſtigatam licentiam protinus manet. Ipſum non uides Vlyſſem, ut cum uariis calamutatibus negotium gerens, arte ac uirtute, confidentia præterea à uirtute ſuſcepta ſuperior euadit? Hæc nimirũ illud eſt moly, quo contra Circæn eſt uſus. Illud eſt uelum, quod naufragus pectori ſuo appoſuit. Hæc eum
99 *à Polyphemi manibus liberauit, hæc reduxit ab inferis, hæc ratem compegit, Alcinoum demulſit, procorum ſuſtinuit ictus, luctantem Irum, petulantiam Melanthij. Eadem quoque larem proprium liberat, ulciſcitur thalami inſidias. Denique facit eum Ioue genitum uideri, ipſiſque aſſimilat diis, qualem haberi uult Plato eum qui beatiſſimus ſit.*

AN IPSA VIRTVS SIT ARS.

Sermo XVII.

E CQVIS *philoſophũ audiat, dicentem, uirtutem ab arte differre? uix enim aliud quicquam artem dixeris, ſi quidem nõ ſit uirtus: niſi fortè aut aratrum, aut clypeum, aut nauẽ, aut murum, opus eſſe artis: idipſum uerò unde accepimus quemadmodum ſingulis his oporteat uti, quí due eis præſidet, aut illorum, eum qui ea omnia poſſideat, ad ſobrietatem doceat uſum, utilitatémque quam ex ipſis ſuſcipere oportet, ad communem ordinet finem: arte dixerimus carere. Graue nimirum, ô dij, aut grauiſſimum potius, figulum quidem, cerdonem ac fabrũ, eius operis quod facere inſtituit, proditam habere artem: philoſophum uerò, idipſum quod intendat, ediſcere, huícque eſſe uirtutis propoſitum finem: id tamen artẽ non eſſe, ſed diſciplinam quandam, quam quis ſine arte aſſe-*

quetur? Rectè inquã: haud enim uel inſulſè uel craſ-
ſè (per Iouem) opinaris. Ego uerò tuã iſtam laudo artem.
Sed age, ut uideam caput ipſius cuiuſmodi facias. Figu-
lus, ais, habet ab arte, ut diſcat fingere: cerdo itidem, ut
coriũ cædat, ac faber, ut fabricetur. Egóq; concedo, ope-
rariũ quenque, quodcunque didicerit, efficere ex arte:
non tamen ſingularum harum artium hunc eſſe finem,
ut artifex ab alio artifice artem accipiat. ſcientiæ nan-
que ſucceſſio diſciplina inducitur: at uſus artium non
quidem is eſt, ut ars artem efficiat: uerùm potius ut
uel figulus amphoram fingat, uel tibicen tibias modu-
letur, uel imperator uictoriam pariat. Quorum om-
nium artibus, alius eſt propoſitus finis, præter artem,
diuerſus ab arte. Non tamen penitus quodcunque ne-
quaquam eſt ars, continuò erit inertia. Inertia enim,
eſt priuatio artis ubi ea maximè requiritur: uerùm
quod fit ab arte, éſtque præter eam aliud quiddã, non
100 *eſt ars. Nũquid id putas ſatis demonſtratum? an adhuc*
erit manifeſtius dicendũ? Medicinã ais, quãpiã eſſe ar
tem, itẽ ſtatuariã: utriuſq; uerò finẽ, non medicinæ me-
dicinam, nec ſtatuariam ſtatuariæ, ſed ſtatuam ſtatua-
riæ, medicinæ ſanitatem atque habitudinem rectam?
Quod diximus igitur, ſic conſideres uelim. Dic ani-
mum, corpus, lapidem, tria hæc, meras eſſe materias,
formæ atque ornatus indigas: his itidem artes attribuito
tres, quarum quæque in ſubiectam ſibi materiam du-
cta, ſingulæ ſingulas propria forma exornent. Fac la-
pidem effigiatum affabrè, in perſonæ ſpeciem extrui.
Fac corpus humorum concordia permixtionéque tem-
peramẽtum ſanitatis implere. Fac animum recta qua-

dam ratione motûque decoro uirtutis accipere ornamẽtum. Si quidem trium horum artem aliquam eſſe fatearis, & actoris nomẽ ad id quod eſt actũ, deceptus affinitate, trãſtuleris, nihilominus errare uidearis eo qui defluentem à ſole lucem, ſolẽ eſſe affirmet: quæ quidẽ diuerſa à ſole, eſt opus ſolis, minimè tamẽ ipſe ſol. Enimuero quòd diximus, ab utraque parte cõſidera. Inquiramus quid ſit ars, quid uirtus. Nũquid aliud artẽ eſſe arbitraris, quàm rationẽ quandã ad finem tendẽtem? Aliam quidẽ quæ mechanicè corporeis rebus operam dando, id efficiat quod opus appellamus, ut architecti domum, ut fabri nauem, ut imaginem pictoris: Aliã uerò negotiorum exercitoriam, quæ nequaquã à corporeis abſtineat: ut eſt in imperatoria arte, uictoria: in medicina, ſanitas: in politica, iuſtitia. Tertiam rurſus artiũ ſpeciẽ dicimus eſſe, rationem prorſus incorporeã, ſui ipſius potentem, ſibique ipſi operam dantem, cuiuſmodi ſunt Geometricæ atque Arithmeticæ artes, eæque omnes, quarum finis in intelligentia conſiſtit, qui neque ad negotiationem, neque ad opificium pertinet. His ita ſe habentibus, triplici exiſtente genere artium, ubinam rectè uirtutẽ collocabimus, ſiquidẽ ea eſt ars? an in operariis? ne tu quidẽ id dixeris. Supereſt ut contentio ſit inter ne-
101 gotiatoriam ac contemplantem: harũ neutri uirtutem abrogo, uerùm alteram alteri permiſcens, alterum quiddam, quod ex omnibus conſtet, temperatum intelligo: compoſitúmque hoc totũ aliud eſſe ab ſingulis illis, ex quibus cõpoſitum eſſe apparet. Perindeac ſi quis hominis corpus, aut ignem, aut terram, aut aerem, aut aquam eſſe contendat. Nónne ego ita dicenti ſubinde

reſpondebo? Ipſum haud ignem eſſe, uel terram, uel aerem, uel aquam: quandoquidem quod mixtum ex multis eſt, haud quicquam eorum eſt, ex quibus fuerit confectum. Quomodo igitur uirtus quæ cum contemplante ac negotiatoria communicet, non ſit ars? à me dicentem ſequere. Non enim rationi innitor meæ, uerùm eam affero, quæ ex Academia profecta Platonis, muſæ contubernalis extiterit. Eandem Ariſtoteles excepit. Ego uerò ex altioribus principiis deduco. Suſpicor nanque ex Italia Athenas uſque deuectam, Pythagoreis quibuſdam honeſtam hanc mercaturam in antiquam Græciam mittentibus, quæ quidem ita ſe habet. HOMINIS *anima, ſecundum primam eius partitionem, bifariam diuiditur. Huius altera pars, ratio dicitur, altera, affectio: quarum utraque, quum nequiter ſe habeat atque inordinatè moueatur, uno ſimul ac turpiſſimo nomine uitium dicitur, fitque ut ex harum alterius æſtu ac fluxu, turpitudinis fontes ac geniture oriantur, quotieſcunque ſcilicet contingit feruidas affectiones animum incendere, ac rationis ſationibus productionibúſque calamitatem inferre. Nam quemadmodum accidit ut ſubitis procellis creſcentes amnes legitimum excedant alueum, ſupérque uel ſegetes uel plantarum culturam præcipites lati, ruſticorum operum ſalutem atque ornamentum euertant: ſic & animus affectionum nimia ui ab rectis ratiocinationibus depulſus, falſis nimirum atque improbis opinionibus præter naturam propriam ſurgentibus, corrũpitur, quæ eius menti pro ebriorum more, quibus nimia crapula interiores conciere ægritudines ſolet, uelut ex latibulis repentia*

102 *quædam animalia, confundunt mentem, ab iiſque cogi
tur proprias eorum uoces perſonare. Si uerò manifeſtio-
ribus exemplis opus ſit, improbitatem animi, inconditæ
plebis aſſimilabimus imperio: quod quidem fit, quotieſ-
cunque in ciuitate probitas uicta, multitudinis penitus
licentiæ atque audaciæ ſeruiat.* Neceſſe eſt enim *eiuſ-
modi ciuitatem, diſſonãtem ac multarum partium eſſe,
eandémq; innumeris affectionibus ac uariis cupiditati-
bus refertam, in uoluptatibus quidem, intemperantiſſi-
mam: in iracundia, præcipitẽ: in tribuẽdis honoribus,
immodicam: in fœlicitatibus, elatam: in calamitatibus
abiectiſſimam eſſe: quando* Pericles *abſcedat exul &*
Ariſtides: *tollatur* Socrates, *Nicias ſurgat*, Cleon *appe-
tat* Sphacteriam, Thraſyllus Ioniam, Alcibiades Sici-
*liã, atque alij modò terreſtre, modò maritimum concu-
piſcant imperiũ, cum quibus pariter ignauiſſima illa
atque inordinata plebs ac mercenarius miles, uagus,
nulliq; addictus patriæ, conſentiant.* Enimuero *neceſſe
eſt, eiuſce cupiditates, & ſeruitutẽ & calamitatẽ & ty-
rannidẽ parere, aut quicquid eſt aliud quod ſub horũ
nominum abſurditate cenſeatur.* Cæterùm *& in animi
politia ductores improbi & effrænatus populus*, Alci-
biades & Cleones *plurimi, timidum nõ ſinunt animum
quieſcere, ſuiſque ipſum rationibus ac legibus cedere.*
Eiuſmodi *quidem in homine eſt flagitioſa politia.* Cõtrà
*uirtus, cuius cauſa ſuſceptus eſt ſermo, illud idem habet
quòd eſt in politia* Lacedæmoniorum, *in qua inertiſſi-
ma illa plebs, paucorum probitati eſt audiẽs. atque hæc
quidem conſeruat, illa conſeruatur: hæc iubet, illa obſe-
quitur.* Quod *uerò ex utroque progreditur, libertas*

appellatur: eſtque altera pars alterius indigens, tam quæ iubet obedientis, quàm quæ obedit conſeruatricis. Eadem hæc forma reperitur in animo rectè ſe habenti, in qua ratio conſeruatoris locum obtinet, affectiones, conſeruati: ratio moderatur, affectiones moderationem accipiunt: opus uerò ex utroque conficitur quod libertatem dicimus. Vnius ordinis eſto quodcunque
103 *ſub contemplantium artium nomine cenſetur, ídque ad rationem referatur. Quod uerò ueluti materia quædã ab artibus illis ornatur, ſub affectionum genere ponatur. Prius illud ſapientiam uoces, quæ idem eſt quod ſcientia: hoc autem, uirtutem ab ſcientia productam. Vbi uerò immutaueris nomina, ſcientiámque uolueris uirtutem appellare, petam abs te quis uirtutem ediderit. Id enim quod genuit uirtutem, ſcientia eſt: uirtúſque ipſa natales ſuos in ſcientiam refert. Artem artium ſcientiam uocas? Audio. Scientiam ſcientiarum eam appellas? Docilem me præbeo, ac rationem accipio: dumtamen unum addideris, ídque pauxillum. Dic artem artium, artem: dic ſcientiam ſcientiarum, ſcientiam eſſe. alterum ab altero diſiunge, ac me tibi conſentientiſſimum reddideris. ſi uerò ſcientiam ſeruando ac ſubtrahendo affectiones, rectam earum formam, ſcientiam eſſe contendas, ſimile quid feceris, quale erit qui Phidiæ ſeruando artem, materiam de medio tollat, materiæque nomen ipſi imponat arti. Vis ſciẽtiam bene beatéque uiuendi principem eſſe? imperet ratio, uis imperet ratio? ea* – princeps vnicus eſto,

Cui dederit genitus Saturno ſceptra ſagaci.

Sed demus, rationem dominari, quóſnam ipſa miniſtros

operarióſque, qualiúmue eos habeat actionum? Corpus, ais. uide quid agis. Vno enim eóque inordinato ſaltu, eorum ordinẽ, quos iuſſa capeſſere ſâs eſt, ab ipſo imperatore ad lixas & calones tranſtuliſti. Nónne ordinem uides? in quo primùm dux ipſe conſiſtit, dein decuriones, armati, ſcutati, ſagittarij. Miniſterium namque paulatim ab uniuerſo atque optimis ad uiles & abiectiſſimos deſcendit. Verùm obiectionem promptam agnoſco. Deus uniuerſum hunc orbem, patris inſtar familiâs, artificioſiſſimè ac ſactiſſimè gubernat. Quid enim, nónne id fateris? In quo quidnam potius, ſcientiâne an uirtus? Si igitur ſcientiam, dei uirtutem dixeris, utere ſine inuidia nominibus. Non enim quemadmodum in homine, ita & in deo eſt animæ pars quæ imperet, quæue obediat: uerùm eſt ſimpliciſſimũ quid deus, ut mens, ut ſcientia, ut ratio. Si uerò deteriorem cum meliori conglutinare, deterioríſque nomen melio-
104 ri attribuere coneris, feram id, quãtum ad nomen tantùm, non autem ad rem ipſam pertinebit. Virtutem ipſam quantumuis ſcientiam uoca, dum tamen ipſam ſcientiam, uirtutem non uoces. Falſum nimirum nomen ac periculo (medius fidius) obnoxium, ſi qua eſt hominibus habenda fides, quòd in contemplantibus ſcientiis Arithmeticæ cæteræque diſciplinæ peruenientes ad animum, uirtute homines imbuant. Id ſi quidem eſt uerum, ſophiſtarum genus magnifaciendum eſſe apparet: multiſcios ac multiloquos hos dico, plenôſque multarum diſciplinarum, qui quæ ſcire ſe profitentur, cauponantur, atque indigentibus uendunt. Virtutis enim nũdinationem inſtituunt, réſque tota ad mercimonium

ſpectat. In *quibus quum uideamus ore tenus ſermones promptos atque apparentiam cum redundantia quadam diſciplinarum præceptorúmque: interius uerò affectiones aſperas, ferináſque conſuetudines improbas, iniquas exercitationes, cupiditates abſurdiſſimas, flagitioſas educationes, rectis rationis tramitibus aduerſas eſſe: nónne cogitare debemus, oportere mortales naturam ſortiri in primis probam? quæ futura ſit tanquam ſurgenti muro firmiſſima crepido: ad eiuſdem ſalutem accedere educationem ac conſuetudinem bonam, per quas maximè animus cum iis quæ propriè ſunt bona, fœderatur, unáque & tempora & ætates omnes coniunctiſſimè percurrit.* His *poſtremò addenda ars eſt quæ affectionibus ipſis ſtatuat metam.* His *maximè modis animus efficitur beatus, uitáque hominis ſanitatem aſſequitur.* Hinc *rectæ opiniones harmonica quadam corporis atque animi compoſitione coordinantur.* Hæc *dei lex eſt, hæc iuſtum perficiunt uirum.* Obſe*quantur affectiones rationi, non inuitæ pareant ſcientiæ: nam uitium inuoluntaria res eſt, à uoluptate penitus pertracta.*

QVOMODO QVIS SE VINDICET à dolore. Sermo XVIII.

QVOMODO *quis efficiet ſuum ut animum uindicet à dolore?* An *& hîc quoque perinde atq; in corporis morbis, medicũ requiret?* Nec *medicũ tãtũm, ſed & medicamẽta quædã, uel aliquam uictus rationem pulchrè ad ſanitatem tẽperatam?* Fac *ita eſſe: quis is erit animorũ medicus? cu-*
105 *iuſmodiue medicamentis aut uictus utemur ratione?*

Ego enim, qui meus eſt amor erga antiquitatem omnem, artes non diuido: quin potius fidem habeo poetis, fuiſſe olim in monte Pelio medicum quendam nomine Chironem, cuius ars utrunque intenderet, ut ſimul ſcilicet eorum corpora qui ad eum ualetudinis cauſa accederent, per laborem exerceret, dum illos uenationibus, montanis itineribus, curſibus, gramineis toris, ferinis paſtibus, fluuialibus poculis ad ſummam perduceret ſanitatem: ſimul animorũ curam haberet, ut ne deterius ijs quàm corpori contingeret, ſi non rationalibus motibus parerẽt, aut minus fortiter affectionibus reſiſterent. Quamobrem utrunque ſimul conſequutus eſt, ut & medicinæ peritiſſimus & idem iuſtiſſimus eſſe uideretur: duplicem illi laudem, ob unam dũtaxat artem, tribuentibus poetis. Verùm ſi ita noſtratia tempora tulerunt, ut ea ars à ſeipſa deſciuerit, ne antea id mireris quàm mihi oſtenderis medicinam, unam quidem exiſtentem ac coagmentatam ſibi conſtare: non autem tot partes quot ſunt corporis membra, ſortitam: aliam quidem eſſe quæ oculis, aliã quæ auribus atque alijs corporis membris deſeruiat: propterea eiuſmodi periculo obnoxiã: ne quotidie diminutior facta, ob tenues atque ignobiles partitiones, obſcuriſſima penitus euadat. Quemadmodum Macedonum imperio aiunt accidiſſe, quod poſt Alexandri deceſſum, in illam multitudinem præſidum incidens, neminem reperit dignum qui ſummæ rerum præponeretur. Sed quamobrem Chiron ad hunc ſermonem nobis acceſſit? age, id unà diſquiramus, utrum præter propoſitum ſit? Ais eſſe aliquid corporis dolorem? Sanè, ais. Hic quidem quum æquabiliter ſubierit corpus,

*prorſuſq; uniuerſi ſeſe eius partibꝰ infuderit, naturalē
corporis ſubſtantiam perturbat, perinde atque in ferrū
agit idipſum quod paſſim ignem uocamus. At ignem
hunc medici diminuunt nomine mutato: fore putantes ut
minus aſperum id appareat malum, quod ignitum, nō
ignis uocaretur. Aliud quoque eſt ægritudinis genus,
quotieſcunque in corpore contingit particulam tabeſce-
re, à qua uelut cauſa fontéue incipiens morbus, impe-
tum in cæteras fecerit, reliquúmque corpus in eandem
106 perniciem traxerit: cuius excurſus à membro laboran-
te, ad id quod eſt ſincerum, breuiſſimus atque ocyſſi-
ſimus eſt: quantum ſentire poſſis, extremum ſi pedem of
fendas. ab ipſis enim unguibus dolor uſque ad caput,
minimo momēto percurrit. Id tu fieri poſſe cēſebis, niſi
anima uniuerſum penitus corpus occupet, eíque nō ſe-
cus atque lux aeri ſe infundat? Melius dicā: Quēad-
modū in odoramentis contingit ut eorum ſuffitus ad il-
los etiam pertingant, qui longiſſimè diſtant, interiecto
interim aere, iucūdis ſe immiſcētes odoribus: Vel, Quo
modo colores ab remotis locis ad oculos ferantur (nam &
ij quoque uidentur medium aerem de ſua natura depin
gere) hāc ſimiliter animā putato ubique diffuſam eſſe,
nullámque partem corporis, eius eſſe immunem, tametſi
ea alia longè ratione cum capillis atque unguibus com-
municet, quemadmodum & cum folijs arborum. Hæc
enim eiuſmodi ſunt quæ minimum ſenſum habent in
ordine plantarum. Sic igitur anima ſe habet ad corpus,
cuius & ipſa doloribus ac uoluptatibus miſcetur, fit-
que propterea ut in corpore cauſa morbi ſit, at ægri-
tudinis in animo. ex utroque uerò unum atque indi-*

ſtinctum malum ad hominem peruenit. Verùm ſecunda hæc animi ægritudo ad priorem illam corporis, oppoſita ſe habet ratione: Hæc enim ab anima remiſſa in corpus, in eo accipit finem. Laborante igitur ægritudine animo, læditur pariter corpus & tabeſcit. Tũ uel oculi lachrymas emittunt, uel cæterum corpus & macie fœdatur & pallore. Qualia quidem hominibus, aut ab amore parum fœlici, aut paupertatis duritie, per luctũ atque per incommoditates obueniunt; ex turbatis præterea animi motibus, ut ira, inuidentia, cæteriſque ſimilibus, fit corporis tabes. Quorſum igitur hæc pertinẽt? niſi ut intelligamus eum morbum, qui ab animo mittitur in corpus, quiue à corpore redit in animum, ad abigendam triſtitiam, una atque eadem egere medicina, quemadmodum ad Euripum ſuperandum una nautica ars remediũ affert. Atque hæc quidem ad dictorũ
107 demõſtrationẽ ſufficiãt. Ipſam uerò medicã artem quæ mala utrinque orientia propellat, quiſnam nobis oſtendet? Ego enim, quantum ad me attinet, in ancipiti uerſor: an quem idoneũ artificem ſimus inuenturi, qui Chironis exẽplo, præſtare queat ut duplicis boni nobis ſit author. neque ſatis ſperare audeo ut huius artificium rei inueniamus. Arduum enim eſt opus, quod magnitudine ſua & Olympũ ſuperet & Oſſam. Nec tamen penitus deſpero. quid enim non aſſequatur, quũ uelit, omnia audẽs animus? Medius itaque inter fiduciã ac diffidentiã, intérque ignorantiã ac ſcientiam: ita de hac tota contentione ſtatuo. Suſpicor quidem ſimplicem quandam artem eſſe, nõ tamen quæ duobus ijs, corpori ſcilicet atque animo, officium impendat, ſed quæ excellen-

tioris curam ſuſcipiendo, inferiori etiam ſubueniat. Mihi *enim inter dicendum uenit in mentem quod extat* Socratis *ad* Charmidem *dictum. minimè tamen intelligere me putes* Thraciam *illam incantationem, ſed quod ait cum homine integro, eiuſdem partem ſanari, nec fieri poſſe ut ante ad partem quàm ad totum, ſalus perueniniat.* At *rectè id quidem: quod ego, quantum ad corpus attinet, ita eſſe crediderim. quantum uerò ad corporis atque animæ coniugationem pertinet, id dico oppoſita ſe habere ratione. ubi enim pars rectè ualeat, ibi utique & totum recta ualetudine præditum ſit oportet.* Quod *ipſum tamen ita accipi uelim, ut quanuis alterã duarum partium rectè ualentem conſtituam, non utrãlibet tamen, neque incertam, ſed alteram ſemper eandẽ ac ſtabili ratione conſtantem.* Ex *ſocietate nanque deterioris cum meliori, qui deterior eſt, ſalutem à meliori mutuatur.* An *credis ſani animi uirum, ſi acciderit ut uel morbo, uel uulnere illato, uel quouis alio corporis detrimento opprimatur, eius rei etiam minimam habiturum rationem?* Nullã *medius fidius.* Igitur *ea eſt nobis medicina quærenda atque exploranda, ea comparanda ſanitas & uenanda, ex qua corpus ad firmitatem accedat. ſin minus, at eam ex qua facilè quodcunque corpus inuaſerit malum contemnere poſſimus.*

QVI SIT FINIS PHILOSOPHIÆ. Sermo XIX.

C ROTONIATES *Olympicum affectat oleaſtrum,* Athenienſis *uictoria nauali,* Lacedæmonius *pedeſtri delectatur,* Cretenſis
108 *ſtudium in uenatione uerſatur:* Sybarites *in uoluptatum*

affluentia, Thebani in tibijs, Iones in choris, Auarus ad hæc appetit aurum, ebrietatem potator, amores muſicus, modulationem cupidus canēdi: Hoc autem animal quod homines philoſophum uocant, ſolúſne ex omnibus nullius rei deſiderio tangetur? ſanè ſtupidi uitam potius loqueris quàm eius animalis quod uideat, ſpiret, moueatur, ſapiat, & quod appetitu, ſenſu cupiditatéque impellatur. At hunc omnino neceſſe eſt aliquid appetere, quod forſan uno uocabulo comprehendere non poteſt. Beatitudinem, ait. ô beatum ſimplicitatis, ſi quem ex hominum numero, putes Venereos luſus admirari, & non potius ꝑſium, ſi percuncteris, reſponſurū quòd fœlicitatis cauſa certet, potet, diuitias comparet, uenetur, humum colat, pugnet, amet, cantet, concionetur, uel ſi ipſe Sardanapalus, ille inquam læuigato corpore, putribus oculis, plexa cæſarie, defoſſus in purpuram, in regiam penitus abditus, pellicibus permixtus, rei alterius & non unius fœlicitatis ſe uocet ſectatorem. Haud enim uolens in miſeriam Sardanapalus inciderat. Quid Perſa ille qui & AEgyptiorum templa igne deleuit? & ille qui cōminatus eſt amni, & Apim bouem immolauit, num ob aliā cauſam quàm propter beatitudinem, ea omnia faceret? Nam & Xerxes tantum abeſt ut beatitudinem extruderet, ut pro una ipſa cum Ioue contendiſſe uideatur. Is enim adeò ſe eam tenere arbitrabatur, ut Europam cū Aſia, nauibus ad pontis ſimilitudinem contabulatis, diurno nimirum uinculo coniungeret. Et Neptunus ille apud Homerum Ioui exæquatus in honore, ab uno tantùm hoc regé quantū ipſe opinabatur) & plagas accepit & uinculis conſtrictus eſt. Quid reges barbaros narro? quaſi

Nam & adulatoribus negotium adimas: qui quibus cõiunctiſſimè uiuunt, eorum cupiditatibus indulgent: & ſcurris, quorum ſtudiũ eſt admirationem & riſum excitare. monſtroſorum præterea artificibus, in diuerſas effigies ſibiipſis diſtorquentibus atque inflectentibus corpus. omnium denique ſtudiorum, etiamſi abiectiſſima ſint, conclamata beatitudinis ſpe, auferas artes. Fertur Babylonem profectus ex Ionia uir ad regem magnũ, artem oſtenſurus operis egregij: offulas uidelicet paruas rotũdáſque, in eum elaboratas uſum, tam certo ictu contra mucronem acus, ex diſtanti loco iaciebat, ut nũquam à collimando aberraret. nec ſe deteriorem, ob eam collimationem exiſtimabat, quàm Achilles ipſe ob fraxinum ex Pelio. In Libya Libys fuit nomine Pſaphon, beatitudinis & ipſe adamator: minimè (medius fidius) humilis quotidianæque huius, ſed qua deus concupiſceret haberi. Capiens itaque aues ex uocalium numero complures, has quidem edocuit hæc uerba conari: Magnus deus Pſaphon. Atque ita edoctas demiſit in montes.
III *quarum uocibus quum aliæ permultæ aſſueuiſſent, tam primæ illæ Pſaphonis quàm dimiſſarum diſcipulæ, Pſaphonis diuinitatem celebrabant: creditúmque à Libycis eſt diuinam hanc uocem eſſe, proptereáque Pſaphoni, ueluti deo, ſacrificabant. Sicq; Pſaphon comitijs auium, Libycus creatus eſt deus, nihilo profectò inferior artifex eo qui non prius à Perſis adoratus eſt quàm ipſum ferocis equi ſuffragium euexiſſet ad regnum. Sic itaque humanæ res ſe habent, ut inter ſe propè diſſentiant omnes, tametſi cunctos mortales communis quidam amor ac deſiderium exerceat boni. Ve-*

runtamen

veruntamen tam multis uariiſque itineribus ad ipſum cō tendunt, ut propter diuerſitatem ſtudiorū negotiorúmq;, nunquā idem fatum parémq; fortunā ſortiātur. Et quāuis ſimul omnes communiter appetant bonum, ad ipſum tamen nemo plus cæteris pertingit: horúmque res perquam ſimilis eſt illorū inanitati, qui in tenebris aurum atque argentum inquirunt. Nam quū expertes omnino ſint ſoni, unde certam quæſiti auri probationem habituri erant, ex pondere tractationéque coniecturā planè mentientem accipiūt. Propterea incurſantes ſe inuicem, mordentéſque quicquid id eſt quod in manibus habent, dimittere non audent, ne ſi fortè uerum illud aurum argentúmue haberent, per imprudentiam amitterēt. Nec tamen quærendi ſollicitudinem remittunt, ne fortè non deinceps inueniant quod quærentes, adhuc conſequuti non ſint. Hinc tumultus, cōtentiones, adhortationes, uocéſque inquirentiū, gementium, perſequētium, lamentantium, rapientium, ſpoliatorum & quidē cuncti conclamant exultantes, tanquā in ipſum inciderint bonum, quum tamen adeptus nemo ſit. atque ideo incerti ſinguli quiq; proximi cuiuſq; uerba obſeruāt. Et hæc quidē affectio terras ac maria permiſcet, cogit cōciones, iudicia inducit, carceres cōplet, cōſtruit naues, triremes deducit, bellū parat. Hæc eadem equitandi induſtriam reperit, aurigationémque: tyrannos in arcibus conſtituit, exteros acciuit, mercenarios milites cōduxit:

Hique homines iugulant: vrbem depaſcitur ignis:
Hic pueros rapit, hic latizonas mulieres.

Innumeras ſcilicet malorū ſpecies ſuſtinent homines: ne-
112 *que aliam ob cauſam, quàm propter ſpem beatitudinis*

aſſequendæ, & ignorantiæ deceptionem. Inſitus eſt enim hominum generi fomes quidam à de[illegible]*expectationem enutrit: cuius tamen in*[illegible]*eſt abdita:*

Nigra etenim radix, par flos alb[illegible]acti.

Minimè nos fallit Homerus hoc no[illegible]*e. perſpicio moly, & ænigmatis intelligo uim: manifeſtéque noui quàm difficilis inuentionis negotium ſit*

Terrigenis ægris. ſuperi nanque omnia norunt.

At temporibus noſtris, pro neſcio quo friuolo lebete, qui in Lydia pendêret ad focum, reſpondet Apollo: ligneũ murum ait, anguſtúmque iſthmum, futurũ terræmotum, imminens bellum, & aduentantem præſignat peſtem: oraculum autem reticet quod ijs omnibus antiquius multo eſt, uidelicet quid facto opus ſit, bellorũ ut radix abſcindatur, ne muri neceſſarij ſint, ne peſtis pertimeſcẽda. Quorũ nihil eſt ab Apolline in Delphis prædictum, neque ab Ioue in Dodona, aut uſquã gentiũ à cæteris dijs: una philoſophia hoc oraculũ profert. ô pulcherrimum oraculum, & meliorem longè diuinationem, in quam me conſentire nihil prohibet, ſi nõ diſſonam eam inuenero. Quapropter conſentiens ab omni parte oraculum profer: hoc mihi eſt opus, cui fidem habens, deinceps tranquillius uiuam. Quonã mittis hominum genus, quibúſue ſemitis? aut quis eſt itineris ſtatutus finis? Nimirum hunc finem, unum eundémque eſſe oportet, ac cunctis mortalibus cõmunem. Nunc autem quàm multas philoſophiæ colonias aſpicio, quàm diuerſas in partes eius diſſectos ſectatores: ut in Bœotiam Cadmum, Archiam Syracuſas, Phalantum Tarentum, Nereum Mi-

letum, Tlepolemum Rhodum. Terram uidelicet neceſſe eſt locorum uarietate diſtinctam eſſe, aliósque homines alias eiuſdem partes incolere. Ipſum autem bonum diuidi nequaquā poteſt, unum quum ſit, affluens, nullius indigum rei, ſufficiens uniuerſæ rationalium naturæ: ita ut unus ſol, unicum itidem bonum eſt in natura uiſibili. unica muſicæ, unicum bonum in iis quæ aurium ſubiacent ſenſui. unica ſanitas, unicum corporis bonum. Iam uero quum cæteris animalibus natura ipſa diſtinxerit, quæ cuiuſque generis gregi, boni ipſius portio ad propriam ſalutem ſeruandam cōueniat: eóque ita diſtributo, uno atque eodem in omni uita finéque, grex
113 quiſque pro ſuapte conditione perfruatur, tam ea animalia quæ alis aeréque, quàm quæ pedibus & terra tantùm utuntur, & quæ præterea repunt natántque: quæ carnibus, quæ terra enatis ueſcuntur, quæ gregatim uiuunt: quæ ſunt manſueta, quæ fera: quæ cornuta, quæ excornia (quorum omnium uiciſſim ſi permutaueris uitam, naturalem protinus uiolaueris legem:) huic hominū gregi unam communémque legem ſeruanti, manſuetiſſimo, ſociabiliſſimo, rationabiliſſimo, ut diſſoluatur diſſipetúrque, non ſolum à communibus iis cupiditatibus, appetitionibus ac uariis amoribus, periculum impendet: ſed & ipſum philoſophia ipſa, rerum conſtantiſſima cunctarum, in plures populos ſcindit: ſciſſúmque innumeris legiſlatoribus aſſignat. Sícque diſtrahit gregem, diſtractúmque in diuerſas partes emittit: Pythagoram uidelicet ad muſicen, Thaletem ad aſtronomiam, Heraclitum in ſolitudinem, Carneadem ad caſtitatem, Diogenem ad labores, Epicurum ad uoluptatem.

Num multitudinem ductorum conſtitutionúmque non uides? Quò me uertam? quēmnam horum ſuſcipiam? quorum præceptis acquieſcam?

CYNICI VITAM POTIOREM eſſe. Sermo XX.

LIBET *pro ſapientia Lydij fabulam fingere, in qua non leo, nō aquila loquetur, nō aliud quid ex ijs quæ magis debent ſilentium naturæ, ut quercus uidelicet: at in hunc modum fabula loquetur.* Erant *olim,* Iupiter*, cælum terráque.* Cælum *erat ciuitas deorum: terræ autem alumni homines, nōdum aliqua in luce uerſabantur.* Quamobrem Iupiter Prometheum *uocat ac iubet coloniam ducere in terram ex eis animalibus, quæ ſimplicitate mentis propinqua eſſēt diis: corpore uerò uterētur tenui, recto, decoro, aſpectu manſueto, manibus expeditiſſimis ac tutiſſimis pedibus.* Paret Prometheus, *atque homines fingit, terrámque ipſis inhabitandam aſſignat.* Hi *quidē in ipſis procreationis auſpicijs, haud multo negotio ducebāt uitam: denſis uidelicet pratis, comatis collibus fructuum omnifariam, quæcunque humus ſponte ſua, ſine colonorū uexatione, ferre nouit, facientibus copiam.* Q*uinetiā nymphæ puriſſimos fontes, perſpicuos amnes, laticúq; omnis generis fluxum & largiter & commodè præbebant.* Ad *hæc ſi quando frigoris inualeſceret rigor, ſic eius aſperitas demulcebatur à ſole, ut aptiſſimè ab eo temperata corpora foueret: ſi æſtus ipſe excederet modum, fluuialibus refrigeraretur auris.* Neque ideo erat *ut pro his commodis in medio poſitis homines inter ſe digladiarentur: qui uidelicet in fœcundiſſima naturæ largi-*

114

tate uerſarentur. Idem uidentur intellexiſſe poetæ, qui argumentum fabulæ noſtræ perſimile finxerunt: ſub Saturno ſcilicet deorum rege, eiuſmodi quandam uitam ſignificantes, in qua non bellum, non ferrum, non cuſtodia eſſet, ſed latiſſima pax, ſine aliqua contentione pugnáue: integra ſanitas, nullarum rerum egeſtas mortales omnes haberet. Inde ego crediderim eius temporis genus aureum, ab laſciuienti Heſiodi ingenio denominatum fuiſſe. Sed iam fabula facеſſat à nobis: fabulæ maneat ratio, quæ priorem illam uitam cum altera ſecunda (ſiue eam ferream, ſiue cognominare aliter libeat) conferat. Illam nanque intelligo, in qua hominibus inter ſe terram ſortientibus, alius aliam partem ſibi abſcindens, eam ſepibus ac ſubſtructionibus muniuit: corpus uerò faſciolis quibuſdam molliculis inuoluit, pedes uallauit corio: in qua præterea, uel collo, uel capiti, uel digitis appenſum eſt aurũ, laudatum ſcilicet ac pulchrũ aſpectu uinculum: hominéſque ipſi tecta ſtruentes, clauſtrorum, aularum ueſtibulorúmque formas inuenerunt. Quamobrem terræ negotium exhiberi cœptum eſt ab ijs qui metallorum inueſtigandorũ cauſa, eam & cædunt & fodiunt. Nec propterea mare relictum immune, in quo uidelicet cymbas conſtruxerunt, quæ quidem futuræ eſſent uel belli, uel itineris, uel mercaturæ inſtrumentum. Quid de aere dicam? At hunc quoque uel uiſco, uel ſeptis, uel uarijs alijs machinamẽtis, auium greges aucupando, prædari aggreſſi ſunt. Non denique animalibus, uel cicuribus, propter naturæ imbecillitatẽ, uel efferis, propter metum, pepercerũt. Quin potius uiſum eſt eis, ſanguine, cæde,

*& tabo omni, uentri indulgendum eſſe. Ex eo tempore
nouas uoluptates affectantes, ueteres planè, ut obſole-
tas, contēnere cœperunt. Sed dū uoluptates omnibus mo
dis aucupantur, excipiunt dolores: diuitias appetunt,
quarū ſi quā adepti ſunt copiam, inopiam eſſe, præ iis
quæ nondū habuerūt, arbitrantur. &, ſi quid eſt in ma
nibus, inferius ducunt eo quod iam ſpe deuorauerūt.
Egeſtatem metuunt, expleri tamen nullo modo queunt.
Mortem reformidant, minimā habent uitæ rationem.
morbos uerentur, non propterea à morbidis abſtinent.
aliorū ſuſpectas habent inſidias, at ipſi inſidias quàm
plurimis ſtruere non ceſſant: Vehementes aduerſus in-
ermes, meticuloſi aduerſus armatos. Tyrānidē oderūt,
ſed nihil tam auidè quàm tyrannidem affectant. Tur
pia uituperant, eorū tamen ſtudiū uerſatur in turpibus.
Fortunam admirātur, uirtutem ſpernunt. Infortunia alie
na miſericorditer ſpectāt, neque ideo à flagitiis tēperāt.
Rebus fœliciter geſtis elatiſſimi, in aduerſis deiectiſſimi.
Mortuorum uitam laudare non deſinunt, uiuendi tamē
dulcedine tenentur. Vitam oderunt, mortem horreſcunt.
Bellū deteſtantur, pacem ſeruare neſciunt. In ſeruitute
humiles, in libertate audaces. In populari ſtatu licentio-
ſi, ſub tyrannide remiſſi. Liberorum procreandorum
auidiſſimi, in ſuſceptis educandis negligentiſſimi. Pre-
cantur deos, ut munerum datores: contemnunt, ut infli-
gendæ pœnæ minus potētes. uerētur deos, ut ſcelerū ul-
tores: in eos tamen peierant, ut nihil omnino exiſtentes.
Igitur in tanta rerū repugnantia diuerſitatéque, ſecūda
116 hac uita conſtituta, utra earum uictoriæ præmiū feret?
utram dicemus ſimplicem eſſe? utram eſſe tranquillā?*

utram libertatis cõpotem? uiciſſim uerò utrã multiplicem? nec multiplicem tantũ, ſed neceſſitati addictã, miſerabilẽ, ærumniſque plenã? Age, utraque ex parte prodeat alter, quos ueluti iudicio ſiſtimus corã iudice: qui roget utrũque, nudum in primis illum ſine lare, ſine arte, uniuerſæ ubique terræ ciuem, hominũmque cunctorum contubernalẽ. huic poſteaquã ſecundæ huius uitæ propoſuerit morem, eũ deinceps percontetur utrũ malit in priore uita libertatẽ q; permanere: an magis illa relicta ad ſecundam demigrãdo, unà cum uoluptate ſolicitudines etiã recipere: poſt eum alter accedat, quẽ idem iudex, contrario modo, prioris uitæ ordine libertatẽque ei ante oculos poſita, deinde roget, num præoptet conſuetudinem ueterem ſeruare, an magis eam cum priori illa uita, in qua pax, libertas, ſecuritas atque indolentia uigeant, commutare: quis ex cunctis mortalibus ita tranſfugere amet, ut facilè de ueteri loco demigret in nouum, uitámque cum uita commutet? Quis ita demens, male affectus infœlíxque ſit, qui propter affectionem pauxillarum ac breuium uoluptatum, ambiguorum bonorum, incertæ ſpei, ancipitíſque proſperitatis, non ferat anteactam uitam euertere, ſéque in eam recipere, quæ omnium conſenſu beatiſſima ſit? quum præſertim intelligat, ob id miſeriam illam multiplicem diſcuſſum iri, quæ unà cum moribus uitáque ſecunda cõfuſa. quomodo non eius ductum periculoſum, calamitoſum atque infœliciſſimũ reddat? uſqueadeo ut mihi in mentem ueniat, alteram harum (generoſam & uariã hanc dico) carceri cuipiam duro perſimilem eſſe, qui miſeros quoſdam homines contineat in obſcuriſſimam

prorſuſq; uniuerſi ſeſe eius partibꝰ infuderit, naturalẽ corporis ſubſtantiam perturbat, perinde atque in ferrũ agit idipſum quod paſſim ignem uocamus. At ignem hunc medici diminuunt nomine mutato: fore putantes ut minus aſperum id appareat malum, quod ignitum, nõ ignis uocaretur. Aliud quoque eſt ægritudinis genus, quotieſcunque in corpore contingit particulam tabeſce-re, à qua uelut cauſa fontéue incipiens morbus, impetum in cæteras fecerit, reliquúmque corpus in eandem
106 *perniciem traxerit: cuius excurſus à membro laborante, ad id quod eſt ſincerum, breuiſſimus atque ocyſſiſimus eſt: quantum ſentire poſſis, extremum ſi pedem offendas. ab ipſis enim unguibus dolor uſque ad caput, minimo momẽto percurrit. Id tu fieri poſſe cẽſebis, niſi anima uniuerſum penitus corpus occupet, eíque nõ ſecus atque lux aeri ſe infundat? Melius dicã: Quẽadmodũ in odoramentis contingit ut eorum ſuffitus ad illos etiam pertingant, qui longiſſimè diſtant, interiecto interim aere, iucũdis ſe immiſcẽtes odoribus: Vel, Quo modo colores ab remotis locis ad oculos feruntur (nam & ij quoque uidentur medium aerem de ſua natura depingere) hãc ſimiliter animã putato ubique diffuſam eſſe, nullámque partem corporis, eius eſſe immunem, tametſi ea alia longè ratione cum capillis atque unguibus communicet, quemadmodum & cum folijs arborum. Hæc enim eiuſmodi ſunt quæ minimum ſenſum habent in ordine plantarum. Sic igitur anima ſe habet ad corpus, cuius & ipſa doloribus ac uoluptatibus miſcetur, fitque propterea ut in corpore cauſa morbi ſit, at ægritudinis in animo. ex utroque uerò unum atque indi-*

ſtinctum malum ad hominem peruenit. Verùm ſecunda hæc animi ægritudo ad priorem illam corporis, oppoſiſita ſe habet ratione: Hæc enim ab anima remiſſa in corpus, in eo accipit finem. Laborante igitur ægritudine animo, læditur pariter corpus & tabeſcit. Tū uel oculi lachrymas emittunt, uel cæterum corpus & macie fœdatur & pallore. Qualia quidem hominibus, aut ab amore parum fœlici, aut paupertatis duritie, per luctū atque per incommoditates obueniunt; ex turbatis præterea animi motibus, ut ira, inuidentia, cæteriſque ſimilibus, fit corporis tabes. Quorſum igitur hæc pertinēt? niſi ut intelligamus eum morbum, qui ab animo mittitur in corpus, quíue à corpore redit in animum, ad abigendam triſtitiam, una atque eadem egere medicina, quemadmodum ad Euripum ſuperandum una nautica ars remediū affert. Atque hæc quidem ad dictorū
107 *demōſtrationē ſufficiāt. Ipſam uerò medicā artem quæ mala utrinque orientia propellat, quiſnam nobis oſtendet? Ego enim, quantum ad me attinet, in ancipiti uerſor: an quem idoneū artificem ſimus inuenturi, qui Chironis exēplo, præſtare queat ut duplicis boni nobis ſit author. neque ſatis ſperare audeo ut huius artificium rei inueniamus. Arduum enim eſt opus, quod magnitudine ſua & Olympū ſuperet & Oſſam. Nec tamen penitus deſpero. quid enim non aſſequatur, quū uelit, omnia audēs animus? Medius itaque inter fiduciā ac diffidentiā, intérque ignorantiā ac ſcientiam: ita de hac tota contentione ſtatuo. Suſpicor quidem ſimplicem quandam artem eſſe, nō tamen quæ duobus ijs, corpori ſcilicet atque animo, officium impendat, ſed quæ excellen-*

tioris curam ſuſcipiendo, inferiori etiam ſubueniat. Mi*hi enim inter dicendum uenit in mentem quod extat* Socratis ad Charmidem *dictum. minimè tamen intelligere me putes* Thraciam *illam incantationem, ſed quod ait cum homine integro, eiuſdem partem ſanari, nec fieri poſſe ut ante ad partem quàm ad totum, ſalus perueniniat.* At *rectè id quidem: quod ego, quantum ad corpus attinet, ita eſſe crediderim. quantum uerò ad corporis atque animæ coniugationem pertinet, id dico oppoſita ſe habere ratione. ubi enim pars rectè ualeat, ibi utique & totum recta ualetudine præditum ſit oportet.* Q*uod ipſum tamen ita accipi uelim, ut quamuis alterã duarum partium rectè ualentem conſtituam, non utrãlibet tamen, neque incertam, ſed alteram ſemper eandẽ ac ſtabili ratione conſtantem.* Ex *ſocietate nanque deterioris cum meliori, qui deterior eſt, ſalutem à meliori mutuatur.* An *credis ſani animi uirum, ſi acciderit ut uel morbo, uel uulnere illato, uel quouis alio corporis detrimento opprimatur, eius rei etiam minimam habiturum rationem?* Null*ã medius fidius.* I*gitur ea eſt nobis medicina quærenda atque exploranda, ea comparanda ſanitas & uenanda, ex qua corpus ad firmitatem accedat. ſin minus, at eam ex qua facilè quodcunque corpus inuaſerit malum contemnere poſſimus.*

QVI SIT FINIS PHILOSOphiæ. Sermo XIX.

ROTONIATES *Olympicum affectat*
C *oleaſtrum,* A*thenienſis uictoria nauali,* La*cedæmonius pedeſtri delectatur,* C*retenſis*
108 *ſtudium in uenatione uerſatur:* S*ybarites in uoluptatum*

affluentia, Thebani *in tibijs,* Iones *in choris,* Auarus *ad hæc appetit aurum, ebrietatem potator, amores muſicus, modulationem cupidus canẽdi:* Hoc autem *animal quod homines philoſophum uocant, ſolúſne ex omnibus nullius rei deſiderio tangetur? ſanè ſtupidi uitam potius loqueris quàm eius animalis quod uideat, ſpiret, moueatur, ſapiat, & quod appetitu, ſenſu cupiditatéque impellatur.* At *hunc omnino neceſſe eſt aliquid appetere, quod forſan uno uocabulo comprehendere non poteſt.* Beatitudinem, *ait. ô beatum ſimplicitatis, ſi quem ex hominum numero, putes* Venereos *luſus admirari, & non potius pſium, ſi percunčteris, reſponſurũ quòd fœlicitatis cauſa certet, potet, diuitias comparet, uenetur, humum colat, pugnet, amet, cantet, concionetur, uel ſi ipſe* Sardanapalus, *ille inquam læuigato corpore, putribus oculis, plexa cæſarie, defoſſus in purpuram, in regiam penitus abditus, pellicibus permixtus, rei alterius & non unius fœlicitatis ſe uocet ſectatorem.* Haud *enim uolens in miſeriam* Sardanapalus *inciderat.* Quid Perſa *ille qui &* AEgyptiorum *templa igne deleuit? & ille qui cõminatus eſt amni, &* Apim *bouem immolauit, num ob aliã cauſam quàm propter beatitudinem, ea omnia faceret?* Nam *&* Xerxes *tantum abeſt ut beatitudinem extruderet, ut pro una ipſa cum* Ioue *contendiſſe uideatur.* Is *enim adeò ſe eam tenere arbitrabatur, ut* Europam *cũ* Aſia, *nauibus ad pontis ſimilitudinem contabulatis, diurno nimirum uinculo coniungeret.* Et Neptunus *ille apud* Homerum Ioui *exæquatus in honore, ab uno tantùm hoc rege (quantũ ipſe opinabatur) & plagas accepit & uinculis conſtrictus eſt.* Quid *reges barbaros narro? quaſi*

Piſiſtratũ non uideas Græcum Athenienſemque in arcem quotidie currere, tanquã eo in loco fœlicitatem unà cum antiquiſſima illa olea defoſſam haberet: qua amiſſa, quieti repudium miſſurus uideretur. Nam quantum
109 ad Polycratem attinet, is non adeò ob admonitionem AEgyptiam reſipuit, ut non elato nimis animo de beatitudine ſentiret, quũ Ionij ſibi maris uindicaſſet imperium, magnam triremium claſſem inſtructam haberet, egregiam in annulo gemmam, Anacreonte ſocio uteretur, Smerdiæ frueretur amoribus. Dices id cõtingere principibus uiris: quorum omnium de beatitudine iudicium à uoluptate mollitiéque animi, malis ad imaginem boni perſonatis deceptum fuiſſe, quis neget? Num Homerum non audis extollentem AEacidas, quòd bello æquè ac conuiuio oblectarentur? At quid ingratius bello? & tamẽ tam parum grata res haud abiectos amatores inuenit: qualis Philippus ille poſt progenitores AEacidas, qui quũ Macedonica re contentus eſſe poſſet, & in Amyntæ bonis Perdiccæque fœlicitate permanere, eam tamen peregrè atque alibi, uelut ex Macedonia elapſam, perquirebat. Quamobrem Triballis intulit bellum, Illyrios inuaſit, expugnauit Byzãtium, Olynthum euertit, fefellit Athenienſes, cum Theſſalis fœdera percuſſit, Thebanis inducias dedit; Elatiam cepit, Phocenſes euertit. Peierabat, mentiebatur, mutilabatur. Nihil enim Philippus alienum à ſe, nec uerbum, nec opus, nec dedecus, nec infamiam fecerat. Philippum percunctemur quid id ſit, quo tot labores, pericula, negotia, corporíſque mutilationes compenſet. Nunquid ſtudio beatitudinis hæc agis? ô ridiculam interrogationem! Verun-

tamen beatitudinem illam tam uehemens eius ſectator nequaquam uidetur comprehendiſſe, & tamen ipſum beatitudo ſimulauit. Quin & Alexander eius filius, quaſi illa parentem eluſiſſet, Europæ ſalute multa dicta, ut penitus bonorum omnium inopi, traiecit in Aſiã, beatitudinem fortè ſuſpicatus Sardibus in ramentis aureis latere, aut in Caria inter Mauſoli theſauros, Babyloniorúmque ædificiis, Phœnicum portubus, littoribus AEgyptiis, aut etiam Ammoniorum arenis obrutam eſſe. cui nec ſatis fuit Darij fuga, non AEgyptus ſubacta, non Ammon pater, non Babylon capta, niſi etiam cum exercitu in Indiã excurreret. Interrogemus Alexandrum, quid curris? quid cupis? quid amas? quamobrem feſtinas? quonam potius quàm in beatitudinem, cauſam refert? Mittamus reges ac dynaſtas: num priuatæ res iis erroribus carent? Annon ubique rerum mortales cernere eſt ad eandem undecunque procurrere? atque adeò hunc terreſtribus, illum maritimis negotijs implicitum eſſe: hunc bellicis rebus, illum literis ſtudium impendere: hunc ducere uxorem, liberos illum educare? Quid de his dicam qui latrocinia exercent, uel alijs modis cæteros homines lædunt? qui captant munera, adulteria, militaréſque mercedes? Quotuſquiſque eſt horum qui non plenam erroris ac periculi uiam ingrediatur? quid, erroris atque periculi dico, & non hos potius anfractibus, confragoſiſque locis, quaſi ſuſpenſos incedere, ut commiſerationem intuentiũ maximè moueant? Hactenus de uiris negotioſis. Iners uerò & diſſoluta illa multitudo numquid & ipſa beatitudinis abiecerit ſpem? Minimè medius fidius.

Nam & adulatoribus negotium adimas: qui quibus cō-iunctiſſimè uiuunt, eorum cupiditatibus indulgent: & ſcurris, quorum ſtudiū eſt admirationem & riſum excitare. monſtroſorum præterea artificibus, in diuerſas effigies ſibiipſis diſtorquentibus atque inflectentibus corpus. omnium denique ſtudiorum, etiamſi abiectiſſima ſint, conclamata beatitudinis ſpe, auferas artes. Fertur Babylonem profectus ex Ionia uir ad regem magnū, artem oſtenſurus operis egregij: offulas uidelicet paruas rotūdáſque, in eum elaboratas uſum, tam certo ictu contra mucronem acus, ex diſtanti loco iaciebat, ut nūquam à collimando aberraret. nec ſe deteriorem, ob eam collimationem exiſtimabat, quàm Achilles ipſe ob fraxinum ex Pelio. In Libya Libys fuit nomine Pſaphon, beatitudinis & ipſe adamator: minimè (medius fidius) humilis quotidianæque huius, ſed qua deus concupiſceret haberi. Capiens itaque aues ex uocalium numero complures, has quidem edocuit hæc uerba conari: Magnus deus Pſaphon. Atque ita edoctas demiſit in montes.
III *quarum uocibus quum aliæ permultæ aſſueuiſſent, tam primæ illæ Pſaphonis quàm dimiſſarum diſcipulæ, Pſaphonis diuinitatem celebrabant: creditúmque à Libycis eſt diuinam hanc uocem eſſe, propereáque Pſaphoni, ueluti deo, ſacrificabant. Sicq; Pſaphon comitijs auium, Libycus creatus eſt deus, nihilo profectò inferior artifex eo qui non prius à Perſis adoratus eſt quàm ipſum ferocis equi ſuffragium euexiſſet ad regnum. Sic itaque humanæ res ſe habent, ut inter ſe propè diſſentiant omnes, tametſi cunctos mortales communis quidam amor ac deſiderium exerceat boni. Ve-*

runtamen

runt tamen tam multis uariiſque itineribus ad ipſum cô tendunt, ut propter diuerſitatem ſtudiorũ negotiorúmq;, nunquã idem fatum, parémq; fortunã ſortiãtur. Et quã uis ſimul omnes communiter appetant bonum, ad ipſum tamen nemo plus cæteris pertingit: horúmque res perquam ſimilis eſt illorũ inanitati, qui in tenebris aurum atque argentum inquirunt. Nam *quũ expertes omnino ſint ſoni, unde certam quæſiti auri probationem habituri erant, ex pondere tractationéque coniecturã planè mentientem accipiũt.* Propterea *incurſantes ſe inuicem, mordentéſque quicquid id eſt quod in manibus habent, dimittere non audent, ne ſi fortè uerum illud aurum argentúmue haberent, per imprudentiam amitterẽt.* Nec *tamen quærendi ſollicitudinem remittunt, ne fortè non deinceps inueniant quod quærentes, adhuc conſequuti non ſint.* Hinc *tumultus, cõtentiones, adhortationes, uocéſque inquirentiũ, gementium, perſequẽtium, lamentantium, rapientium, ſpoliatorum & quidẽ cuncti conclamant exultantes, tanquã in ipſum inciderint bonum, quum tamen adeptus nemo ſit. atque ideo incerti ſinguli quiq; proximi cuiuſq; uerba obſeruãt.* Et *hæc quidẽ affectio terras ac maria permiſcet, cogit cõcio nes, iudicia inducit, carceres cõplet, cõſtruit naues, triremes deducit, bellũ parat.* Hæc *eadem equitandi induſtriam reperit, aurigationémque: tyrannos in arcibus conſtituit, exteros acciuit, mercenarios milites cõduxit:*

Hique homines iugulant: vrbem depaſcitur ignis:
Hic pueros rapit, hic latizonas mulieres.

Innumeras *ſcilicet malorũ ſpecies ſuſtinent homines: ne-*
112 *que aliam ob cauſam, quàm propter ſpem beatitudinis*

aſſequendæ,& ignorantiæ deceptionem. Inſitus eſt enim hominum generi fomes quidam à de[illegible] expectationem enutrit: cuius tamen in[illegible] eſt abdita:

Nigra etenim radix, par flos alb[illegible] lacti.

Minimè nos fallit Homerus *hoc no[illegible]e. perſpicio moly, & ænigmatis intelligo uim: manifeſtéque noui quàm difficilis inuentionis negotium ſit*

Terrigenis ægris. ſuperi nanque omnia norunt.

At temporibus noſtris, pro neſcio quo friuolo lebete, qui in Lydia *pendêret ad focum, reſpondet* Apollo*: ligneũ murum ait, anguſtúmque iſthmum, futurũ terræmotum, imminens bellum, & aduentantem præſignat peſtem: oraculum autem reticet quod ijs omnibus antiquius multo eſt, uidelicet quid facto opus ſit, bellorũ ut radix abſcindatur, ne muri neceſſarij ſint, ne peſtis pertimeſcẽda.* Q*uorũ nihil eſt ab* Apolline *in* Delphis *prædictum, neque ab* Ioue *in* Dodona*, aut uſquã gentiũ à cæteris dijs: una philoſophia hoc oraculũ profert.* ô *pulcherrimum oraculum, & meliorem longè diuinationem, in quam me conſentire nihil prohibet, ſi nõ diſſonam eam inuenero.* Q*uapropter conſentiens ab omni parte oraculum profer: hoc mihi eſt opus, cui fidem habens, deinceps tranquillius uiuam.* Q*uonã mittis hominum genus, quibúſue ſeruitiis? aut quis eſt itineris ſtatutus finis?* Ni*mirum hunc finem, unum eundémque eſſe oportet, ac cunctis mortalibus communem.* Nunc *autem quàm multas philoſophiæ colonias aſpicio, quàm diuerſas in partes eius diſſectos ſectatores: ut in* Bœotiam Cadmum, Archiam Syracuſas, Phalantum Tarentum, Nereum Mi-

letum, Tlepolemum Rhodum. Terram uidelicet neceſſe eſt locorum uarietate diſtinctam eſſe, aliíſque homines alias eiuſdem partes incolere. Ipſum autem bonum diuidi nequaquã poteſt, unum quum ſit, affluens, nullius indigum rei, ſufficiens uniuerſæ rationalium naturæ: ita ut unus ſol, unicum itidem bonum eſt in natura uiſibili. unica muſicæ, unicum bonum in iis quæ aurium ſubiacent ſenſui. unica ſanitas, unicum corporis bonum. Iam uero quum cæteris animalibus natura ipſa diſtinxerit, quæ cuiuſque generis gregi, boni ipſius portio ad propriam ſalutem ſeruandam cõueniat: eóque ita diſtributo, uno atque eodem in omni uita finéque, grex
113 quiſque pro ſuapte conditione perfruatur, tam ea animalia quæ alis aeréque, quàm quæ pedibus & terra tantùm utuntur, & quæ præterea repunt natántque: quæ carnibus, quæ terra enatis ueſcuntur, quæ gregatim uiuunt: quæ ſunt manſueta, quæ fera: quæ cornuta, quæ excornia (quorum omnium uiciſſim ſi permutaueris uitam, naturalem protinus uiolaueris legem:) huic hominũ gregi unam communémque legem ſeruanti, manſuetiſſimo, ſociabiliſſimo, rationabiliſſimo, ut diſſoluatur diſſipetúrque, non ſolum à communibus iis cupiditatibus, appetitionibus ac uariis amoribus, periculum impendet: ſed & ipſum philoſophia ipſa, rerum conſtantiſſima cunctarum, in plures populos ſcindit: ſciſſúmque innumeris legiſlatoribus aſſignat. Sicque diſtrahit gregem, diſtractúmque in diuerſas partes emittit: Pythagoram uidelicet ad muſicen, Thaletem ad aſtronomiam, Heraclitum in ſolitudinem, Carneadem ad caſtitatem, Diogenem ad labores, Epicurum ad uoluptatem.

Num multitudinem ductorum conſtitutionúmque non uides? Quò me uertam? quémnam horum ſuſcipiam? quorum præceptis acquieſcam?

CYNICI VITAM POTIOREM eſſe. Sermo XX.

LIBET *pro ſapientia Lydij fabulam fingere, in qua non leo, nō aquila loquetur, nō aliud quid ex ijs quæ magis debent ſilentium naturæ, ut quercus uidelicet: at in hunc modum fabula loquetur.* Erant *olim,* Iupiter*, cælum terráque.* Cælum *erat ciuitas deorum: terræ autem alumni homines, nōdum aliqua in luce uerſabantur.* Quamobrem Iupiter Prometheum *uocat ac iubet coloniam ducere in terram ex eis animalibus, quæ ſimplicitate mentis propinqua eſſet diis: corpore uerò uteretur tenui, recto, decoro, aſpectu manſueto, manibus expeditiſſimis ac tutiſſimis pedibus.* Paret Prometheus, *atque homines fingit, terrâm-*
114 *que ipſis inhabitandam aſſignat.* Hi *quidē in ipſis procreationis auſpicijs, haud multo negotio ducebāt uitam: denſis uidelicet pratis, comatis collibus fructuum omnifariam, quæcunque humus ſponte ſua, ſine colonorū uexatione, ferre nouit, facientibus copiam.* Q*uinetiā nymphæ puriſſimos fontes, perſpicuos amnes, laticúq; omnis generis fluxum & largiter & commodè præbebant.* Ad *hæc ſi quando frigoris inualeſceret rigor, ſic eius aſperitas demulcebatur à ſole, ut aptiſſimè ab eo temperata corpora foueret: ſi æſtus ipſe excederet modum, fluuialibus refrigeraretur auris.* Neque *ideo erat ut pro his commodis in medio poſitis homines inter ſe digladiarentur: qui uidelicet in fœcundiſſ. ma naturæ largi-*

tate uerſarentur. Idem *uidentur intellexiſſe poetæ, qui argumentum fabulæ noſtræ perſimile finxerunt: ſub* Saturno *ſcilicet deorum rege, eiuſmodi quandam uitam ſignificantes, in qua non bellum, non ferrum, non cuſtodia eſſet, ſed latiſſima pax, ſine aliqua contentione pugnáue: integra ſanitas, nullarum rerum egeſtas mortales omnes haberet.* Inde *ego crediderim eius temporis genus aureum, ab laſciuienti* Heſiodi *ingenio denominatum fuiſſe.* Sed *iam fabula faceſſat à nobis: fabulæ maneat ratio, quæ priorem illam uitam cum altera ſecunda (ſiue eam ferream, ſiue cognominare aliter libeat) conferat.* Illam *nanque intelligo, in qua hominibus inter ſe terram ſortientibus, alius aliam partem ſibi abſcindens, eam ſepibus ac ſubſtructionibus muniuit: corpus uerò faſciolis quibuſdam molliculis inuoluit, pedes uallauit corio: in qua præterea, uel collo, uel capiti, uel digitis appenſum eſt aurũ, laudatum ſcilicet ac pulchrũ aſpectu uinculum: hominéſque ipſi tecta ſtruentes, clauſtrorum, aularum ueſtibulorúmque formas inuenerunt.* Quamobrem *terræ negotium exhiberi cœptum eſt ab ijs qui metallorum inueſtigandorũ cauſa, eam & cædunt & fodiunt.* Nec *propterea mare relictum immune, in quo uidelicet cymbas conſtruxerunt, quæ quidem futuræ eſſent uel belli,*
115 *uel itineris, uel mercaturæ inſtrumentum.* Quid *de aere dicam?* At *hunc quoque uel uiſco, uel ſeptis, uel uarijs alijs machinamẽtis, auium greges aucupando, prædari aggreſſi ſunt.* Non *denique animalibus, uel cicuribus, propter naturæ imbecillitatẽ, uel efferis, propter metum, pepercerũt.* Quin *potius uiſum eſt eis, ſanguine, cæde,*

L.iij.

& tabo omni, uentri indulgendum eſſe. Ex eo tempore
nouas uoluptates affectantes, ueteres planè, ut obſole-
tas, contēnere cœperunt. Sed dū uoluptates omnibus mo
dis aucupantur, excipiunt dolores: diuitias appetunt,
quarū ſi quā adepti ſunt copiam, inopiam eſſe, præ iis
quæ nondū habuerūt, arbitrantur. &, ſi quid eſt in ma
nibus, inferius ducunt eo quod iam ſpe deuorauerūt.
Egeſtatem metuunt, expleri tamen nullo modo queunt.
Mortem reformidant, minimā habent uitæ rationem.
morbos uerentur, non propterea à morbidis abſtinent.
aliorū ſuſpectas habent inſidias, at ipſi inſidias quàm
plurimis ſtruere non ceſſant: Vehementes aduerſus in-
ermes, meticuloſi aduerſus armatos. Tyrānidē oderūt,
ſed nihil tam auidè quàm tyrannidem affectant. Tur
pia uituperant, eorū tamen ſtudiū uerſatur in turpibus.
Fortunam admirātur, uirtutem ſpernunt. Infortunia alie
na miſericorditer ſpectāt, neque ideo à flagitiis tēperāt.
Rebus fœliciter geſtis elatiſſimi, in aduerſis deiectiſſimi.
Mortuorum uitam laudare non deſinunt, uiuendi tamē
dulcedine tenentur. Vitam oderunt, mortem horreſcunt.
Bellū deteſtantur, pacem ſeruare neſciunt. In ſeruitute
humiles, in libertate audaces. In populari ſtatu licentio-
ſi, ſub tyrannide remiſſi. Liberorum procreandorum
auidiſſimi, in ſuſceptis educandis negligentiſſimi. Pre-
cantur deos, ut munerum datores: contemnunt, ut infli-
gendæ pœnæ minus potētes. uerētur deos, ut ſcelerū ul-
tores: in eos tamen peierant, ut nihil omnino exiſtentes.
Igitur in tanta rerū repugnantia diuerſitatéque, ſecūda
116 hæc uita conſtituta, utra earum uictoriæ præmiū ferret?
utram dicemus ſimplicem eſſe? utram eſſe tranquillā?

utram libertatis cōpotem? uiciſſim uerò utrā multiplicem? nec multiplicem tantū, ſed neceſſitati addictā, miſerabilē, ærumniſque plenā? Age, utraque ex parte prodeat alter, quos ueluti iudicio ſiſtimus corā iudice: qui roget utrūque, nudum in primis illum ſine lare, ſine arte, uniuerſæ ubique terræ ciuem, hominúmque cunctorum contubernalē. huic poſteaquā ſecundæ huius uitæ propoſuerit morem, eū deinceps percontetur utrū malit in priore uita libertatéq; permanere: an magis illa relicta ad ſecundam demigrādo, unà cum uoluptate ſolicitudines etiā recipere: poſt eum alter accedat, quē idem iudex, contrario modo, prioris uitæ ordine libertatéque ei ante oculos poſita, deinde roget, num præoptet conſuetudinem ueterem ſeruare, an magis eam cum priori illa uita, in qua pax, libertas, ſecuritas atque indolentia uigeant, commutare: quis ex cunctis mortalibus ita tranſfugere amet, ut facilè de ueteri loco demigret in nouum, uitámque cum uita commutet? Quis ita demens, male affectus infœlixque ſit, qui propter affectionem pauxillarum ac breuium uoluptatum, ambiguorum bonorum, incertæ ſpei, ancipitiſque proſperitatis, non ferat anteactam uitam euertere, ſéque in eam recipere, quæ omnium conſenſu beatiſſima ſit? quum præſertim intelligat, ob id miſeriam illam multiplicem diſcuſſum iri, quæ unà cum moribus uitáque ſecunda cōfuſa. quomodo non eius ductum periculoſum, calamitoſum atque infœliciſſimū reddat? uſqueadeo ut mihi in mentem ueniat, alteram harum (generoſam & uariā hanc dico) carceri cuipiam duro perſimilem eſſe, qui miſeros quoſdam homines contineat in obſcuriſſimam

profunditatem coniectos, permulto ferro compeditos, graui laqueo collũ implicitos, ualidiſſimis loris conſtrictas manus habentes, ob eámque cauſam ſqualentes, fatiſ-ſcentes, flentéſque: qui tamen diuturnitati malorũ aſſueti, hilaritatis ac ſolatii modos nonnullos inuenerint.

117 *Nam & ebrietate madent interdum, & concinunt una, uentrẽ ſimul oblectant ac ueneri indulgent. quibus tamen oblectationibus expleri eos non ſinũt impediens metus, incredulitas, malorúmque inſtantium memoria. propterea audire carcerem licet, ex luctu, cantu, genitu, plauſu, pariter mixtis, concrepare. Contrà, priorem illam uitam ſimilem duco uiro, qui in puriſſima luce diuerſetur, qui pedibus, manibus, collóque ſoluto, in quãlibet partem liber incedat, aſpectum adhæc in ipſum ſolem intendat, & ſpectet ſydera, dũ ipſum à nocte diſcernat, ſpectet anni tẽpeſtates, ſentiat uentos, aerem hauriat purum ac liberũ. qui ſimul ſe ab interioribus illis uoluptatibus, ſimul etiam à uinculis exolueri t: propterea nec ebrietati, nec uentri, nec ueneri indulgeat: non etiam lugeat, plaudat, cantet, gemat, non ſatietatem ſectetur, quin potius neceſſitati naturæ ſatiſfaciens, tenuem atque elimatum habeat uentrem. Vtram ergo propoſitarum imaginum laudantes admirabimur? utrius miſericordia tangemur? utram præoptabimus? num illam quæ in uinculis habita, confuſis illis, incertis, odioſis ac miſerabilibus uoluptatibus ineſcata ſit,*

Hìc vbi mortales & luctum & gaudia miſcent.

Minimè, ſi ſapies, anime mi. ſed potius relictis imaginibus ac fabulis, ad eum uirum accedes qui nequaquã uixit temporibus Saturni, at in medio ferreo genere, ab

Apolline, ab Ioue, in libertatem aſſertus ſit. Is quidem
haud Atticus, Dori*cúſue erat, aut ex* Solonis, *aut* Lycur
gi inſtitutione diſcipulus. non enim uirtus confertur à lo-
cis, aut à legibus, ſed Sinopeus *uſque ex* Ponto, *qui con-*
ſulto Apolline, *& ærumnas depulit, & uincula confre-*
git. Quamobrem in omnem partem expeditus, rationa-
lis inſtar auis, peruagatus eſt, non tyranni metuens fero-
118 *ciam, non legibus aſtrictus ullis, non ciuilibus curis occu-*
patus, non liberorum educatione grauatus, nullis ligatus
nuptiis, nullis ruſticis occupationibus detentus, non mili-
taribus uexatus ſtudiis, non undique à mercatura cir-
cunuectus: ſed qui huiuſcemodi profeſſiones, mortaléſq;
ſimul omnes, eorúmque inanitatem, haud aliter irride-
ret, quàm pueros quoſdã in talorum ludum uehemen-
ter intentos: cuius gratia ſe inuicem cædant ac ſpoliẽt.
I*taque regis intrepidi liberíque morem imitatus, haud*
hyeme Babylonios *contriuit, haud* Medis *æſtate negotiũ*
exhibuit: uerùm utcunque anni tempeſtas expoſceret,
ex Attica *migrabat in* I*ſthmum, ex* I*ſthmo remigrabat*
in Atticam. Regiæ *eius erant templa, gymnaſia, luci-*
que: diuitiæ ampliſſimæ, firmiſſimæ, ab inſidiis uacuæ,
tellus ſcilicet cuncta, telluríſque fructus, fontes uberrimi
terra editi, qui Leſbiis Chiiſ*que uinis lautitiæ præſta-*
rent. Aeris *præterea amiciſſimus fuit familiaríſque,*
perinde ac leones, neque unquam temporum legem (ut
ea eſt à Ioue *ordinata) euitauit, aut ullo ſe artificio ad-*
uerſus eam muniuit, ut artificioſè teporem per hyemem
fabricaretur, per æſtatem uerò frigus acciret. Verùm *ita*
in conſuetudinem uenerat naturæ, ut eo uiuẽdi ordine
firmiſſimam ac robuſtiſſimã ſanitatem adeptus, quàm

longiſſimè ſenectutem extraxerit, nullis interim medicamentis, non ferro, non igne tentatus: nullum præterea Chironem, AEſculapiū, AEſculapiiue *diſcipulos expertus: nullis diuinationibus uatum, nullis ſacerdotū luſtrationibus, nullis ueneficorū carminibus captus. Quinimo bellis ardente* Græcia, Græcis *omnibus hoſtiliter ſe inuicem inuadentibus, mutuáq; inter ſe lachrymoſáque bella gerētibus: quaſi cum hoc uno induciæ eſſent, inter armatos inermis, inter pugnantes quaſi fœderatus uerſabatur: nullā uel improborum, uel tyrannorum, uel ſycophantarum iniuriam perpeſſus. tametſi ille nihil antiquius haberet, quàm facinoroſos homines corripere:*
119 *quos tamen haud ſophiſticis uerbis (quod eſt in omni genere cenſuræ moleſtiſſimum) ſed quotidianarum exemplo actionum (quæ maximè ſalubris quietáque reprehenſio eſt) ad bonā perduceret frugē. Quapropter aduerſus eum nec* Melitus, *nec* Anytus, *nec* Ariſtophanes, *nec* Lycon *ſurrexit. Cur igitur* Diogenes *non hanc potius eligeret uitam, quam ex profeſſo cepit, quam dedit* Apollo, *laudauit* Iupiter, *quam nemo qui ſapiens ſit, non maximè admiretur? An aliud exiſtimemus ærūnas eſſe quàm negotij uſum, quē quis habeat non ſua ſed alterius cauſa ſuſceptū?* Maritū *roga, cuius cauſa acceperit uxorē: ob ſuſcipiendos liberos, dicet.* Patrē *roga, cur liberos alat: ob ſucceſſionis amorem, reſpondebit.* Miles *rapiendi libidinem ſequitur, colonus fructuum ſpem, auarus facultatum abundantiā, qui res tractat ciuitatis, honores affectat: quúmque omnes huiuſmodi amoribus deſeruiant, maxima pars hebetibus oculis aduerſam ingrediens uiam, aduerſum conſequitur uotum.* Id-

*circa optatorũ adeptio, fortunæ magis eſt quàm uel men
tis iudicij, uel artis: nemóque qui ſtudiis his implicitus
ſit, non periculũ aliquod adit uitæ, calamitatémq; in-
currit, haud quidẽ libẽter ſpontéque ſuſceptam: neque
tamen eorũ ignoratione bonorum, quæ per ſe ipſa expe
tenda eſſe liquidò conſtat. Quénnam igitur ex his libe-
rum dicas? Nũ populi ducẽ? multorũ dominorum ſeruũ
dicis. An oratorem? acerborum iudicum ſeruum nar-
ras. Tyrannúmne? ſeruum ais impudentiſſimarũ uo-
luptatum. Imperatorẽ potius? nunquid non eũ animad
uertis incertiſſimæ fortunæ famulari? Nautam magis?
quaſi non fateri cogaris, artis immoderabilis mancipiũ.
Quid philoſophus? qualem philoſophum narras? Socra
tem laudo. ſed tamen eũ audio dicentem, Legibus pareo,
ſpõte me carceri exhibeo, nõ inuitus ſume uenenũ. Quid
ais Socrates? Libénſne, an magis inuitus infortunium
decorè ſubis, ut legibus pareas? At quibus? nã ſi quidem
à Ioue emanarint, authorẽ laudo. ſin uerò à Solone, quĩ
Solon melior Socrate? Pro philoſophia reſpõdeat Plato,
nunquid ipſam unquam conturbauerit aliquis: uel
120 Dion in exilium pulſus, uel Dionyſii minæ, uel Sicula
uel Ionica maria toties ſurſum deorſúmq; decurſa. Ad
Xenophontem uenio, cuius uitam erroribus, ancipiti for
tuna, neceſſaria militia, inuita præfectura, honeſta fuga
plenam fuiſſe conſpicio. Has, inquam, ærumnas uita illa
euadit, qua quidem Diogenes, Lycurgo, Solone, Artaxer
xe atque Alexandro ſublimior eſt, & ipſo liberior So-
crate, propterea quòd neque in iudiciũ ductus, neque
in uinculis habitus, nec propter calamitates laudatus.*

VTRVM CIRCVLARES DIſciplinæ conferant ad virtutem. Sermo XXI.

S OCRATES *in ea diſputatione, quam habuit cũ politicis illis uiris in* Piræo, *urbis reipublicæque optimæ formã ſermone effingit, quemadmodum in fabulis mos eſt.* Idẽ *condit leges, pueros alit, cuſtodéſque imponit ciuitati: iubet præterea ciuium corpora atque animos, hos quidem muſicæ, illa gymnaſticæ operam dare. quarum etiam diſciplinarum præceptores, optimos imprimis legitimóſque ueluti gregis cuiuſpiam ductores eſſe uoluit: quos & cuſtodes nominauit.* Q*uamobrẽ rudioribus nõnullis uiſus eſt potius per ſomnium quàm re uera ciuitates reformare.* Verũ *eiuſmodi mos erat philoſophiæ illius antiquæ, qui ſimilitudine quadam ad oraculorum accederet formam.* Sed Socratem *(ſi placet) cum gratia dimittamus,* Atheni*enſémque hoſpitem, ut reſpondeat nobis, inuitemus. iámque ipſum quaſi olim in* Creta *cum* Metillo *illo* Lac*edæmonio, & cũ* Clinia Gno*ſio, in antro* Iouis Di*ctæo colloquentem uideor audire: inq; his legibus quas ciuitati* Doric*æ, quæ ædificaretur, ſanciret, iubere* Cre*tenſium genus muſicen recipere, quæ eis ſimul augeret fortitudinis ſtudia, ſimul iracundiam animi, ſuauitate melodiæ demulceret: ne uel truncam, uel imperfectam uirtutem poſſideret, quæ eos in exterioribus bellis, ad*
221 *obdurandũ, patientérque labores perferendos ac mortem intrepidè ſubeundam inſtrueret: intus autem in animo, qui uerè alumnus eſt ſuus, ad ſeditiones excutiẽdas nullum remediũ opémue afferret.* Cur *hoc ais* At*tice hoſpes? An ita anguſtum, humile atque incompa-*

*rabile eſt bonum, eiuſmodiue incertitudine inuolutum,
uel negotio diſtrictum, ut omnino ſe nemini præſtet aſſe
quendum, niſi qui cantet, ſaltet, ac geometricas lineas
ſurſum deorſumque ducat? In quibus qui diutius com-
moretur, uideatur quiduis potius petere, quàm ut uir
bonus euadat: quum tamen acceſſus ad bonum, ſi qui-
dem utilitatem reſpexeris, negotium ſit in primis ſubli-
me magnúmque: ſi facultatem obtinendi, minimè ar-
duum: quum in proximo ſit aliquis ſaltem uirtutis u-
ſus ei qui ſemel animum induxerit, cedendum honeſto
eſſe, ac turpi repugnandum. Reſpondet in hunc modũ
Atticus hoſpes: quæ res in ciuitate lex nuncupatur, ea
niſi prius perſuaſione ceperit ciues, ſcripturã alioquin
inanem eſſe. idcirco exigi ut populus accipiendis ſer-
uandíſque legibus docilis ſit. At in anima permultus eſt
populus, idémque terribilis: is tamen ſi ſemel conſenſe-*
107 *rit ac manum dederit legi, eiúſque præcepta ſectetur,
in anima componit politiam in primis optimam, quam
philoſophiam homines appellant: quamobrem philoſo-
phia accedens, legiſlatoris munere ſuſcepto, inordinatum
errabundúmque animum, perinde ac plebem aliquam
inconditam exornet. Quo conficiendo negotio, nonnulla-
rũ artium auxiliũ aduocet, minimè, medius fidius, fa-
briliũ ac ſordidarum, neque ex his quæ uobis uilia con-
ferant, ſed quarum unius negotium eſt, corpus ut red-
dat animi uerſatile uehiculum, ualidúmque ad eius
obeunda præcepta: quæ quidem gymnaſtice uocatur.
alia eſt animi cogitationum enunciatrix, nũcupata rhe-
torice. alia, poetice, optima nimirum adoleſcentis animi
nutrix & alumna. arithmetice ſequitur, naturæ nume-*

rorum princeps. poſt eam, logicæ in differendi negotio
122 *magiſtra. Geometria uerò ac muſicæ, quæ ambæ ſociæ ſunt, atque arcanorum quodammodo conſciæ, philoſophiæ perſonam ita ſuſtinent ex æquo, ut cum ipſa negotium ac laborem partiri uideantur. Sed quantum ad labores attinet, id alio tempore atque ordine dicemus: nunc autem muſicen tractantes, ueluti quæ inter animi ſtudia antiquiſſima eſt, dignum ea ſermonem habeamus. Dicendum ergo in primis ex ipſa pulchrum fieri, uel eum uirum, uel eam ciuitatem, uel uniuerſum etiã genus eorum, ad quos decreto diuino, muſicæ peruenerit ſtudium. Minimè uerò eam intellige, quæ à tibiis, cantilenis, choris ſaltationibúſque egreſſa, ſine aliqua ratione in animum penetrat, neque aliam ob cauſam, quàm propter aurium delectationem, habetur in honore. huic enim humanus animus propriæ uirtutis defectu afficitur, eámq;, iucũditatis illectus ſpecie, ſectatur, & amoris huiuſce nimio æſtu, de perfecto ſtatu muſicen ueram deturbat. Idcirco ea, ut nunc eſt, extenuato corpore incedens, pulchritudinem & ſanitatem illam ueterem abiecit. Nos autem ſpecie decepti, in morem columbæ, quam fucati floris artificium pro naturali ac natiuo interdum eludit, eiuſdem ſimulachro cõgredimur, haud ipſam ſentientes ueræ illius* Heliconiæ Muſæ, Homero *amiciſſimæ*, Heſiodi *magiſtræ*, Orphei *matris, faciem mentiri, cuius neque poſſeſſionem, neque etiam aſpectum adepti ſimus. Quapropter à lege propria deflectens, calamitoſa nobiſcum efficitur, animúmque tum publicè, tum priuatim in perniciem trahit.* Vbi *enim* Siculi Dores *montanam illam muſicen ac ſimpli-*

cem, quæ olim inter armenta gregéſque uerſabatur, domi relinquentes, tibiarum Sybaritica ſtudia adamare cœperũt, ſaltationibúſque, quales Ionum tibia ſolet excitare, operam dederunt: muſica illa, ut modeſtiſſimè de ea loquamur, in leuitatem fatuam abijt: ut autem uerißimè dicamus, euaſit in flagitium. Quinetiam antiqua illa Athenienſium muſa in puerorum choris conſiſtebat. chori erant ex pueris ac uiris, ruris colonis tributim congregatis, qui necdum depoſito puluere, quem ex agro nuper uel ſato uel arato contraxiſſent, carmina tunc primùm compoſita canebant: à qua animus paulatim ad aliam artem declinans, quum propter dulcedinẽ eius, ſitim explere nõ poſſet, in theatris ac ſcenis corrumpendæ reipublicæ principium fecit. Vera ſiquidem illa harmonia, quam Muſarum celebrat chorus, cuiúſque Apollo Muſiductor princeps eſt, ipſi non ſolùm animo, ſed & familiæ, & naui, & exercitui ſalutem plurimam affert. Et, ſi Pythagoræ (quod certè decet) credere uelimus, nec cælum ipſum uacat harmonia, haud tamen ea, quæ inſtar uel lyræ, uel tibiæ, ſonum ædat, ſed intelligere eſt in eo dæmonum corporúmque muſicorum circulationem, ſymmetriæ numeros implere, contrarióque niſu diuinum perficere ſonum: cuius concentus pulchritudo ſentiatur à dijs, aurium autem noſtrarum, propter imbecillitatem naturæ, propriámque præſtantiam, exuperet captum. Idẽ conijcere Heſiodus uidetur, quũ deorum Heliconem nominat quendam, in quo chori diuiniſſimi conſiſtant: eorúmque principem eſſe, uel Solem, uel Apollinem, ſiue aliud imponi libeat nomen ſplendidiſſimo muſicóque igni.

(margin, beside "tris ac ſcenis corrumpendæ…": 123)

Hanc autem humanam muſicen, quæ animos circuit, quidnã aliud eſſe dixerimus, quàm pædagogicũ quoddam officium quod animæ affectiones moderatur? Id enim nimiam elationem, impetúmq; animi, quaſi quibuſdam incantationibus demulcet, remiſſionem atque infractionem ſubleuat exacuítque. Muſice nanque artifex aptiſſima eſt in luctu leuando, in contundenda iracundia, in comprimenda audacia, in temperanda bonorum uirorum cupiditate, in ſanando dolore, in conſolãdis amoribus, in leuãda miſeria. Optima ad hæc in ſacrificiis comes, ſodalis in conuiuio, imperatrix in bello, aptiſſima præterea ad celebritates inſpergendas leporibus, Dionyſiáque exhilarãda. Eadem myſteria ſanctificat, politicos temperat mores. Ita nanque Bœotios agreſtes antè, tibiarum ſtudium ad humanitatem traduxit. Ita etiam Lacedæmonij ex Tyrtæi carminibus, animos ſumpſerunt, Argiui ex Teleſillæ melodia, Leſbij ex o-
124 dis Alcæi. Sic & Anacreon Samius manſuetum Polycratem reddidit, eiúſque tyrãnidi Smerdiæ amores, Cleobuli comam, tibias Bathylli, Ionicóſque inſeruit cantus? Quid enim antiquiora repetamus? Orpheus ille OEagri & Calliopes filius, genitus in Thracia eſt, Pangæo monte. Pangæum ex Thracibus incolunt Odryſæ, montana natio, latrociniis aſſueta, inhoſpitaliſque: ea nihilominus Orpheum ſequuta, ſuauitatéque cantus delinita, libẽs accepit in ducem. Vtique hoc erãt quercus ac Mænades, aſſimilantibus ſcilicet poetis ignobilem illorum hominum, quos muſice duxit, ruditatem, corporibus inanimis. Alius in Bœotia fuit citharœdus longè nobiliſſimus, minimè tamen eiuſmodi qui canendo (ut

do (ut in fabulis eſt) lapides moueret: nam quomodo murus ex cantu fiet? Sed ſub cantu gradario compoſitóque iuuentutẽ Bœotiam in aciem cogens, Thebas inexpugnabili circundedit muro: qualem Lacædemoniis Lycurgus conſtruxit, quũ tibiam iuuẽtuti ducem eſſe in præliis conſtituit. Cui deinceps obedientes Lacædemonij, chori legem ad bellum tranſtulerunt. Eandem hanc tibiam Themiſtocles habens, Athenas ipſas impoſuit nauibus: cernere´que erat, ad eius ſonum, hos quidẽ remigare, illos pugnare, utroſque uerò euadere uictores: teſtatúmque manet deas uſque ab Eleuſi, huius concentibus chori reſpondiſſe. Ex eadem tibia monumẽta uictoriæ ſunt conſtituta tam Lacædemonia quàm Attica, tã maritima quàm terreſtria trophæa pulcherrimis epigrãmatis inſcripta. Ab eodẽ præterea choro, præceptore Leonide, Lacædemonij uicerũt. Sed cur muſicen oportet tam multo celebrare ſermone, aut eius exaggerare dignitatem? quando eã ſatis conſtat optimam pacis atque otij nobiſcum miniſtram eſſe, optimam commilitonem, egregiam nobiſcum ciuem, aptiſſimam puerorum nutricem. Ocyſſimè nanque ex omnibus ſenſibus, auditus, quodcunque nouit, tranſmittit ad animum, ſibíque conſentientiſſimum reddens, in eoſdem affectionum impetus trahit. unde animi muſicæ expertes, immodulabiléſque, quancunque iucunditatis ſpeciem arripiẽtes, nunquam erit legis ut rectè cultores euadant. Hi quũ muſicen, uoluptatem propriã uocent: id nomẽ propterea non facit ut utraque ſimulem finem intendat, attamen melodiam pertractando, uidentur in negotiatione conuenientiam habere: ut ſiquis medicinam appellet eam

artem quæ ab officio curandi ſeiuncta, medicamenta tantùm perquirat. Eodem pariter modo geometriam, nobiliſſimum philoſophiæ membrum, nonnulli nullius pretij rem, uilémque tendẽtem ad finem arbitrantes, tantum in ea ſtudij poſuerunt ponendúmue eſſe cenſuerunt, quãtum neceſſitas uſus uideretur expoſcere, uel ad dimenſionem terræ, uel ad ædificiorũ conſtructionem, cæteráſq; hoc genus mechanicas artes: nihil præterea in ea proſpicientes ulterius. quum tamen longè aliter ſit. Nam neque ſi inopes coloni minimè exacta ratione terram metirẽtur, ideo ſatis cauſæ foret cur ea deterius inhabitanda eſſet. Atqui officium hoc præ cæteris geometricis officiis, uiliſſimum eſt. eius nanque præcipuum opus, ueluti acutiſſimum quoddã intelligentiæ collyriũ, et non ignobilem potentiam parit, per quam ad uniuerſi aſpectum peruenimus: cuius uſus quàm plurimos latuit. Quibus ſimile quid uidetur accidere, cuiuſmodi ſit, ſi is quẽ ex mediterraneis regionibus tunc primùm ad aliquem adducas portum, in quo nauem conſpicatus, delectatúſque artificis ingenio, nauẽ ipſam ingreſſus, ita ea uteretur, ut quum inſtrumẽta nautica uerſaret, nullum alium præter hunc finem, nam poſitum eſſe exiſtimaret. quẽ Pallas operis inuentrix in hunc modum alloquatur, Cernis pelagus hoc ut latiſſimum ſit? ut infinitum, ut uniuerſæ terræ circunfuſum? cuius fines pluribus attingit in locis: quorũ neque famam unquam habueris, neque uidendi cõceperis ſpẽ? Antea locus cuique ſuus duntaxat notus erat, ut ſunt reptilibus latibula; interdictáque omnino amicitia mutua, congreſſus, commerciũ ac rerũ permutatio, prius quàm hoc a me cogita

tum ad opúſque deductum eſſet inuentum. Id *profectò auium more, ſuſpenſum quodammodo aliſque libratum, in omnem partem euolabit. quod quidē ſi minimè crediderit, experientia diſces.* Tale *quid de geometria aliquis deorum, uel eadem ipſa* Minerua *proloquatur: Hoccine ſpectaculum æreus capiti ſuperimpoſitum tuo? ut pulchrum, ut uarium eſt? ut circulariter circa ter-*
126 *ram mouetur, aſtris refertum, deferens ſolem, ſuſtinens lunam?* Id *cuiuſmodi ſit, penitus neſcis: quū tamē ipſum & intueri & intelligere opineris.* At *ego te ex mediterraneis locis arreptum, compacto quodam expedito uehiculo, quod nobis geometria ſuppeditabit, illuc perducā.* Hæc *te ſuſcipiens ſtatuet in portum, ubi quum aliquandiu nauigationi aſſueueris, nauſeā trepidationémque depuleris, è portu puro & facili curſu in altum exiſtentium uerè rerum oceanum euehet: illuc ſaliet ubi auroræ roſeæ domus chori que ſunt; ubi exorientis ſolis, lunæ, ſplendidiſſimorū præterea cæterorum corporū ſplēdores coruſcant: quorum quandiu ſpectator nō ſis, tandiu beatitudinis immunis expérſque fueris.*

NVM QVIS DIVINA SORTE bonus fiat. Sermo XXII.

HOMERVS *quum ex perſona* Neſtoris Telemachum *alloquitur, his utitur uerbis,*

Haud putò te inuitis natum atque adoleſcere diuis:

Hic ipſe optimos quoſque, dios appellat, hāc, arbitror, ſequutus rationem, quòd eos exiſtimaret minimè ab arte, ut euaderent boni, ſed potius beneficio Iouis *conſequutos.* Cuius *etiam uerſus illos, quibus celebrabatur*

Demodocus, illuc pertingere ſuſpicor ut ſub perſona Demodoci, fortunam propriam relinqueret teſtatam. Verſuum autem ſenſus eſt hic,

Huic affecta bonum conceſſit Muſa malúmque:
Carmine nam dulcem dedit eſſe, at lumine caſſum.

Quibus ego carminibus ita aſſentior, ut ea, quatenus poeticæ donum Muſis aſcribant, planè probem: quatenus imputent cæcitatis iniuriam, omnino repudiem. Haud enim huius generis donum, quod calamitatem importet, deceat Muſas. Neque fide dignus Demodocus, quum de ſeipſo dicat,

Ipſe mihi doctor: tribuerunt numina vocem.

Quid ais optime? quî fieri poteſt, ut quum à dijs uocem accepiſſe te dicas, tu temetipſum poeticen docueris? Si quidẽ dij ex præceptoribus cunctis errare minimè queant. Reſpondet Demodocus, perinde atque aliquis am
127 *plo diues patrimonio reſponderet ad eos quibus proprius labor diuitias peperiſſet: natiuas ſcilicet ſe opes poſſidere, nullius ſibi uel induſtria, uel labore delatas. Nã & Heſiodum credimus, gregem olim ad Heliconem in Bœotia paſcentem, ubi cantantibus Muſis occurriſſet, exprobratúmque ſibi paſtoritium ab ipſis negotium audiſſet, acceptis laureis ramis cantare illico cœpiſſe, repentéque ex paſtore poetam euaſiſſe: iuxtà atque aiunt, Corybantes audita ſtatim tibia, de priori mentis ſtatu deiectos, furore incendi. Verùm hæc à ueritate plurimum abſunt. attamen Heſiodum crediderim, quũ poeticen cõiiceret fœturam eſſe propriæ artis ſuæ, de ea nihilominus, tanquã à Muſis accepta, ipſis ſe gratum teſtari uoluiſſe: quemadmodũ faceret is, qui quum ærariæ.*

fabricæ peritiã ſuopte comparaſſet ingenio, eam tamẽ benignitati Vulcani aſſignaret. Quid de Cretẽſibus dicam? nónne eos credere par eſt, quòd pulchrè inſtituti à Minoe eſſent, uirtute delectatos, Minois famã ornare uoluiſſe? unde & peruulgarint Iouis illũ præcepta hauſiſſe, dum eius in antro, quod adhuc oſtenditur, nouem continuis annis, magiſtro Deo, ad ediſcendas politicas artes operam daret. Ita habuit Cretenſium fama. Eleuſinius uir Athenis fuit Meleſagoras dictus: hic nullas artes edoctus, inſpiratus à nymphis (ut eſt Athenienſium ſermo) & ſapiens euaſerat & uates. Cretenſis alius in eãdem urbẽ commeauit, Epimenides nomine: hic etiam quũ nullos præceptores poſſet oſtendere: diuinæ rei aptiſſimus in primis erat, qui Athenienſium ciuitatem tum peſte ſeditionibúſq; perculſam, haud alia potius re quàm ſacrificiorum expiationibus liberaret, quorum diſciplinæ tradendæ non alium authorem, quàm longiſſimum quendã ſomnum atque ſomnium fuiſſe declararet. Sed & Proconneſus philoſophũ habuit Ariſteam nomine: hic quum initio nullam apud Proconneſios ſapientiæ opinionem haberet, idcirco quòd in ea cõparanda nullis magiſtris uſus uideretur, ad incredulitatem illorũ ſummouendã, huiuſmodi ſermonem inuenit. Animum uidelicet ſuum aiebat, relicto corpore, ſublatum

128 *confeſtim in aerem, uniuerſam tam Græcam quàm barbaram terram peragraſſe, inſulas præterea cunctas, amnes, montes: neque alicubi peregrinationẽ ante cohibitã, quàm hyperboreos fines incurriſſet. Interea ubique gentium leges & politicos mores inſpexiſſe: naturas itidem cunctas regionum, mutationes aeris, alluuiones*

maris, fluminum emiſſiones: quinetiam & cælum ſuſpexiſſe, cuius ſpectaculum propter ſublimitatem uolatus, clarius longè, quàm qui ſpectant è terra, conſequi poſſet. Quamobrem hæc dicens Ariſteas, uerior eſt habitus quàm uel Xenagoras, uel Xenophanes ille, uel quiſquis alius ſubſtantias rerum enarrarit. Vt quanuis homines animi circuitus non intelligerent rationem, neque quibus ille oculis ad ſingula ſpectanda uteretur, capere poſſent, mentem tamen quoquomodo inducerent, animum omnino oportere peregrinationem aliquam ſuſcipere, ſi quidem uelit ſingularum rerum ueritatem depromere. Sed libétne Ariſteam, Meleſagoram, Epimenidem, cúmque his, poetarum ænigmata dimittere, philoſophiſque magis mentem noſtram adhibere? hos ipſos loquor, qui uel Lycæum, uel elegantem Academiam frequentarunt, nequaquam fabuloſos, neque ænigmaticos, nequaquam portentoſis delectatos, ſed popularibus uerbis intelligentiæque aſſuetos. quorum principem uerbis huiuſmodi rogemus, Nihil ô Socrates, antiquius eſſe quàm ſcientiam, te ſæpius uſurpantem ſermonibus audimus: adoleſcentéſque ipſos ad diuerſa præceptorũ hoſpitia propellere: utpote qui Calliam hortatus ſis, filium ſuum ad Aſpaſiæ Mileſiæ ludum (uirum ſcilicet ad mulierem) mittere: túque id ætatis uir apud eam frequenter diuerſatus ſis: neque tamen hac una magiſtra contentus, amatoriam artem de Diotima, de Conno muſicam, poeticam de Eueno, de Iſchomacho agriculturam, de Theodoro geometricam compararis. quem ſanè, ſiue diſſimulantem, ſiue magis uiriliter & aperte loquentem, in quam quiſque uelit partem ac-

cipere, laudo. Sed tamen quum te audio colloquentem
cum Phædro, cum Charmide, cum Alcibiade, cum Theæ
129 *teto, ſuſpicio oritur mihi ne non omnia tribuas ſcientiæ,*
ſed potius innuas, naturam, antiquiorem longè præce-
ptorem quàm homines fuiſſe. quod quidem ex his uer-
bis licet elicere, quæ tu in ſermonibus tuis minus, ut ita
dixerim, penſiculatè proferre uiſus es: Diuinæ ſor-
tis eſt, ut conſuetudinem cum Alcibiade habeam. Phæ-
drúmque alibi, diuinum caput appellas. de Iſocrate
quoque, qui in oratoriam ualde incumberet, uaticiniũ
ædis. quid ſibi hæc Socrates uolunt? Sed te, ſi placet,
miſſum in præſentia facio, & ad horum authorem uer
borum accedo, qui tibi iunctiſſimus ex Academia eſt. Is
rogantibus nobis reſpõdeat, Vnquámne optimum uirum
euadere, diuini muneris ſit? Nec tamen quũ dico optimũ
uirum, poetam intelligo: ne mihi ſtatim Heſiodum obij-
cias: neque uatem, ne Meleſagoram dicas: nec expiato-
rem, ne Epimenidem proponas: ſed potius dempto ſingu-
lis artibus nomine, uirtutem quæro, qua optimus quiſ-
que uel familiam commodè, uel ciuitatem pulcherri-
mè gubernet. De hac ergo fare, num cui unquam conti-
gerit ut illam, intercedente minimè arte, ſuſceperit à
deo, aut ego ualere te ſinam. Vicarius uerò ſermo, tan-
quam uir cum uiro congreſſus, in hũc modum liberius
loquatur, Quid miſer iſta ais? eóne animum tuum in-
ducis, ut quod eſt ex cunctis bonis humanis præſtantiſſi
mum, id facillimè ab hominũ arte tradi putes, à uirtute
uerò diuina anguſtiſſimé? Quãuis quid attinet diuina-
toriã artem, sacrificulam, poeticam, expiatoriã, oracula
riam, ſimul has omnes cum uirtute diuina cõparare? Vt

quũ eas minimè ambigas, diuina quadam prouidentia
in animis hominum uerſari: rariorem tamen his omni-
bus uirtutem mortalium expectes ab arte. Nimirum di-
uinum numen magni facis, quod uelis in rebus abiectiſſi
mis munificum, in optimis parciſſimum ſe præbere. Miſ-
ſum autem facio quòd ſi deus ſingula perficit, neceſſe
etiam ſit, eum optima perficere. Non enim, ſi ærarius fa
ber architecturæ tradendæ minimè ſufficiat, aut ſi a-
gricola nauticæ ſit artis ignarus, ſi nauicularius medi-
130 *cinæ, aut alius quiſpiam terreſtrium munerũ peritus,*
maritimis, ac uiciſſim maritimorũ, terreſtribus ineptus
ſit: ita etiã deus ab una tantùm circumſcriptus eſt arte.
Sed potius puto, quicquid emanet à Deo, quod ad ani-
mi facultatem comparetur, id artem ad conſummationẽ
propriam perducere. quod uerò ad ſcientiam diuinam
diſponit, id ita ad totum ſe habere ut ad totum ſe ha-
beat particula. Quapropter conſiderandum eſt, ſi
deus ſingulas artes, tanquã hæreditatem aliquam poſ-
ſideat ac tradere poſſit: num potiorem illis uirtutem lar
giri non ualeat, aut etiã nolit. Id autem totum hoc mo-
do conſideres uelim. Pone eſſe aliquid in rebus diuinis,
quod perfectiſſimum, ſibiipſi ſufficiens & potentiſſimũ
ſit: cui ſi quid ex his partibus demas, idipſum demas de
eo quod dicitur totum. Si enim perfectum non eſt, ſibiipſi
ſufficere non poteſt: & ſi ſibi non ſufficit, perfectum
non eſt. id autem quod nec ſibiipſi ſufficiat, nec perfe-
ctum ſit, quomodo potentiſſimum erit? At quod ſibiipſi
ſufficiat, perfectúmque & potentiſſimum ſit, propter
perfectionem uult bonum, propter ſufficientiam poſſi-
det, propter potentiã conferre poteſt. Deus igitur ſi uult,

ſi poſſidet, ſi poteſt: quid prohibet ne conferat bonum? Nam ſi quod habet non confert, omnino dicendum eſt nolle: ſin uerò quum uelit, non tamen habet quod conferat: conferre non poteſt. Sin & habet, & uult, quare non poſſit? Si igitur poſſidet bona, utique ea perfectiſſima poſſidet. perfectiſſima autem eſt uirtus. uirtutem ergo quam poſſidet, tribuit deus. Quãobrem timendũ minimè eſt, ne quid ex genere bonorum aliunde quàm à deo, ad homines permanet. Sed nec aliquid apud homines habetur bonum, quod nõ proueniat ex dijs. At quẽadmodum uirtus manabit à deo? Humanum omne, duplicem ab initio naturam ſortitum eſt. Alteram quæ ad uirtutem ferretur, alteram quæ ad improbitatem declinaret: quarum improbitas repreſſorem deſiderat, conſeruatorẽ uirtus. Quòd ſi prauæ naturæ probus imponitur rector, ut eſt optima lex conſuetudóue, is indolẽtiam munit, bonúmque non dico largiſſimè lucratur, ſed potius impendens diminuit exitium. Optimi uerò ingenij animi, in medio coeuntium uirtutis improbitatiſque extremitatum collocati, propugnatorẽ adiutorẽmque deſiderant deum, qui eos ad meliorem partem impellat
131 *ducátque. Ad improbitatem nanque iter eſt lubricum, & ingenitæ infirmitatis negotium, quæ probis etiam animis, uoluptatum atque appetitionum illecebris blandiens, eos ad eaſdem flagitiorum ſemitas trahit. Itaque Iouem audies dicentem,*

Heu heu quàm falſò mortales numina culpant!
Eſſe malum à ſuperis affirmant, quum tamen ipſi
Criminibus propriis homines ſibi damna crearint:

At ipſum nihil tale audies de uiris optimis loquentem,

Nam neque eorum probitatis à ſe cauſam abigit, neque in authorem alium reiicit. Sed contrà hæc ait,

Diuini quid erit quare obliuiſcar Vlyſſis,
Cuius in ærumnis animus non frangitur, & quem
Pallas amat?

Quis igitur negare auſit, diuinæ ſortis eſſe, Vlyſſes bonus ut ſit? cuius memoriam Iupiter habet, & Pallas curam gerit, cuius ductor Mercurius, quem amat Calypſo, ſeruat Leucothea. Hic ſi ideo bonus, quod certè inficiari nemo poteſt,

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes,
Multa quoque & ponto paſſus:

quomodo diuinæ ſortis non erit, ut ille multis obiectus exercitúſque ærũnis, & optimus euaderet, & poſſet agnoſci,? idque dæmone aduerſus eũ certatores quã plurimos inſtruente, ex barbaris Troianos, ex Græcis optimos quoſque, ut Palamedẽ Aiacémque domi ualẽtiſſimos ac petulãtiſſimos, ex Cyclopibus feriſſimũ, ex Thracibus inhoſpitaliſſimũ, ex ueneficis uehementiſſimã, ex beluis pluricipitem, immenſum mare, tempeſtatem ſæuiſſimã: quòd eũ naufragijs continuis obiecerit, quòd pãnoſum mendicare coegerit, panis fruſta petentem, luctantem calcibus, ac conuitijs cæſum. Quorum ſingulis laboribus ipſum amicus oppoſuit deus. ne fortè credideris iratum Neptunũ in eum ſæuiſſe, quòd chariſſimũ
132 *ſibi natum excæcaſſet, aut Solem cæſorum boum iniuriam ultum eſſe. Caue exiſtimes Neptunum uſqueadeo agreſtem hominẽ atque inhoſpitalem filium dilexiſſe: aut Solem, tanquam inopem, bubus uſqueadeo parci uoluiſſe, ut propterea Vlyſſem in eas calamitates pro-*

iecerit. Iupiter ipſe borum author fuit. Nónne idem Iupiter Herculem filium ab otio, mollitie ac uoluptatibus abducēs, Euryſtheum potius in eaſdē demerſit? huícque Herculi cum apris, leonibus, dynaſtis, tyrannis, latronibus, cū longiſſimis itineribus, cum ſolitudinibus terræ, cum fluuijs negotium eſſe uoluit? An qui unam continuam noctem ex tribus effeciſſet, ut Herculi procreādo operam daret, non ipſum ex laboribus uitæ eximere potuit? Quid igitur? Eximere noluit: non enim Iouem id uelle fas eſt quod pulcherrimum non ſit. Sic igitur optimus Hercules, optimus Liber, optimus Vlyſſes. Vtique non longè abieris, Socratémne ipſum cenſebis beneficio potius artis, quàm munere diuino optimum fuiſſe? Hic profectò, ſi artem reſpicias, ſtatuarij filius paternam hæreditatem capeſſeret: at ſuffragio dei, paternā excutiēs artem, ad uirtutem potius aſpirauit.

BONO BONVM MAIVS NON eſſe. Sermo XXIII.

HOMERVM *minimè audio, tum quum Lycium accuſat Glaucum, idcirco quòd aurea arma commutarit cū Diomedis æreis armis, ea inquam arma quæ cētenis bubus, pro ijs armis, quæ nouē ſolūmodo cenſerentur. Id enim fortaſſe in iudicio factum accuſet homo pecuniæ ſtudens:*

(Mercator qualis fortè eſt, nauiſve magiſter,

Aut onerum memor, aut is qui lucra peteſſit)

nequaquam uerò poeticus uir accuſabit, Calliopes, ut ipſe uult haberi, diſcipulus: quem nec turpia laudare fas eſt, neque etiā honeſta condemnare. Decuit ſanè Glaucum, ſi quidem filius erat Hippolochi, qui Bellerophontē

*patrem, Siſyphum auum, AEolum atauum haberet, opti
mos uiros: quum occurreret ei uiro quem ſors bellica
133 ſibi hoſtem offerret, iura autem hoſpitij paterni cōcilia-
rent amicum, ueterem amicitiam agnoſcentem, proge-
nitorúmque conſuetudinem reuocantem, in permutandi
ratione, magis opportunitati temporis conſulere, quàm
uel pretii armorum habere rationẽ, uel comparationis
auri cum ære, ut eſt mos cauponantium uinum:*

Ferrum alius pendit, violento hic vtitur ære,
Pellibus âſt alius agit, ac mercede iuuenci.

Compenſationis ſcilicet ratio præſens reſpicit lucrum, & ſi minus confertur cum maiori, expenditur quanti cō ueniat inæqualitatem illam exæquari: nemóque ita à commerciis abhorret, ut ignoret talentum decuplo maius mina eſſe, drachmámque in comparandis rebus pluris ualere quàm obolū. In poſſeſſionibus parandis, ut ait Prodicus, agricolæ terram iugeribus metiuntur: qui laxius incolunt, ſtadiis: qui locupletiores exiſtunt ijs omnibus, ut ſunt AEgyptij, funibus agunt. In pecudum pecilio Dardanus multo ditior erat Polyphemo, cuius uidelicet armentum, ex tribus equorum milibus, paluſtribus locis paſceretur. Verùm ſi quis ijs quæ ad uſum hominum faciunt, dimotis, cum ijs conferre uoluerit atque etiam expendere ipſa bona, inueniet quidem, ut opinor, ea quæ ſpectant uſum, modò caritatem, modò uilitatem accipere, aut à tempore, aut à lege, aut à uoluptatibus, aut à moribus, aut etiam à fortuna ſurſum ac deorſum cuncta uerſante. Quum contrà quod uerè dicitur bonum, firmum atque inconcuſſum permaneat, nunquā declinet, æquilibre, commune, indiuiſibile, co-

pioſum, ſibiipſi ſatis exiſtens, neque incrementi, neque indigentiæ patiens ſit. Nam quod auctum eſt, alterius additamento auctum eſſe contingit. At ſi ad bonum acceſſerit bonum, caue exiſtimes bonum ipſum acceſſione boni, maius bonum euaſurum. Erat nanque bonum & ante. Si uerò id quod acceſſit ad bonum, bonum minimè erat, abſurdam rem ais, bonum, adiecto malo, maius effici bonum. Omne deficiens, deficientia deficiens eſt. At ſi bonum deficiens eſt, abſentia boni, habuit defectū tum quum deficiens erat. Si uerò quopiam altero & non ipſo indiget bono, defectus is nequaquam afficit bonum. Sed cur propoſita non conſideremus hoc modo? Fateriſne corporis ſanitatem aliquid eſſe? Quidni? Fateris etiā
134 morbum? Et morbum. Age, rem totam pertractantes, dicamus hoc modo, Nónne ſanitas eſt conſentiētis bene corporis conſummatio quædam? in quo ſcilicet contrariæ partes optima ratione permixtæ conſentire uidentur? ut aqua, ignis ac terra cum aere: ut iterum ſingulæ ſingulis ac cæteris omnibus. Sanitas ergo ex uarijs conſtat ac diuerſis. Cenſebíſne propterea ſanitatem, uariam quādam rem eſſe ac diſſidentem: nequaquam uerò ſimplicem certámque? Si igitur dicas ſanitatem, conſummationem quampiam exiſtere, firmitatem continuò fateris. Quicquid enim rectè compoſitum eſt, quò ulterius progrediatur, minimè habet: at eſt finibus certis circunſcriptum. Iam uerò morbus, quid eſt aliud quàm diſſolutio quædā ac perturbatio fœderis exiſtens in corpore? Quū enim contrariæ partes ſe inuicem petunt pugnántque, uiolatis quodammodo fœderibus, quum perturbatur ac conteritur corpus, tumultuantibus partibus oppreſſum,

diſcerptum ac quaſſatum: num eiuſmodi bellũ, ſimplex habebitur atque unum? Nimirum minimæ erit medicina existimationis. Nunc uerò multiplex ac multiuocum effectum, quod idcirco dicimus morbos, artem etiã ipſam multiplicem effecit, uariis inſtrumentis inſtructam, plenam multis medicamentis, cibis ac regulis uiuendi. Muſicem conſidera, uidebiſque optimam conſonantiæ rationem, unicam eſſe, neque unquam ipſam aut meliorem aut deteriorem fieri ſeipſa: quod uerò ab optima conſonãtia diſcrepat, multitudinẽ eſſe, uarias cauſas diſſonantiæ habere, ac penitus diuiſam eſſe. Quãobrem chorus uniſono cõſenſu, unus exiſtit: diſſentiens uerò, ſcinditur, diffunditur, diſtrahitur, ac multitudinẽ parit. Eadem ratione triremis, ſi ad tibiæ ſibilum duxerit remos, multarũ manuũ impulſus uſqueadeo coniũgit, ut unam omnes remigationis formam efficiant: tolle tibiã, cooperationem illam penitus diſſoluas. Currus item ab auriga, cõmuni curſu impetúque uno equorũ impellitur: tolle aurigam, quid prohibet diſtrahi currũ? Exercitus præterea, teſſera accepta, ordinem ſeruat: teſſerã tolle, aciẽ omnino diſſipabis ad multitudinis fugã. Quod eſt igitur propoſitum corpori bonũ? ſanitas? quod malũ?

135 *morbus. Sanitas utique, duntaxat eſt una: morbi uerò permulti. Item quod eſt muſicæ bonũ? harmonia. quod malum? diſſonantia. Vnum igitur eſt, quod eſt rectè compoſitum. multitudo autem, quod à recta cõpoſitione aberrat. Ita & chori concentus, eſt unus, diſſenſiones permultæ. Eſt etiã in ipſa triremi, tibia, una: inobedientia autem pertinet ad multos. Currus una tantũ aurigæ arte dirigitur: uarietate autẽ inertiæ diſtrahitur. Quid*

eſt in exercitu teſſeram obſeruare? unum ſcilicet atque idem obſeruare. at contumaciter ſe ad imperium habere, uarium ac multiplex quidpiam exiſtit. In *unitatis igitur natura, eius quod eſt unum, neque exceſſus, neque defectus aſpicio: nam quum ſtabilis ſit, neque propter fugam, neque propter perſecutionem recipit excurſum.* Vbi *in numerum multitudinis incideris, tunc datur numerare naturas.* Longæ *uiæ terminus eſt unus, ſed interualla permulta.* Si Babylonem *petieris, propinquiorem inuenias* Aſſyrium Armenio, Armenium *propinquiorem quàm uel* Lydum, *uel* Ionas, *uel inſulanos.* Acceſſeris *ad* Eleuſin? *proximam inuenies* Peloponneſum *ipſam: ſecundum* Peloponneſum, Megaram: *ſecundum* Megaram, Iſthmum. Verùm *donec uel* Megaris *fueris, uel etiam in* Peloponneſo, *initiatus minimè eris: neque priuſquam ad ipſum acceſſeris templum.* Vitam *hanc, cenſeto uiam eſſe longinquam, uel* Eleuſin *uel* Babylonem *uiatores ducentem: cuius terminus ſit uel regia ipſa, uel templum, initiatitióue: eámque uiatorum multitudine frequentem, currẽtium, impulſorum, laborantium, quieſcentium, iacentium, deuiantium, errantiúmque.* Etenim *multa impedimẽta multæque fallaciæ occurrunt: quarũ aliquæ per rupes atq; altiſſimos hiatus homines ad* Sirenas *deducunt: aliæ ad* Lotophagos *ac* Cimmerios *populos. una dũtaxat, eáque anguſta, & accliuis, & aſpera, & infrequens, ad ipſum terminum ducit, quam uix, ac non ſine multo negotio, labore ac ſudore ſuperare ualeant animi ſolliciti, laboribúſque obuiam euntes, regionis illius ac ſacrorũ deſi-*
336 *derio accenſi. quorum pulchritudinem diuinatione iam*

ante conceperunt. Hi poſtquam peruenerint ad locum, deponẽtes labores, affectiones pariter deponunt. Quænam enim initiatio ſit hac potior habenda? quis eſt alius locus ſtudio hominum dignior? Eum nanque locum bonum ipſum inter homines tenet, quem habet nondum initiatis Eleuſis. Qui initiatus non es, ad Eleuſin accede, initiare, ipſum locũ aſcende, bonáque ipſa complectere. Id ſi feceris, maioris boni deſiderium abijcies. At ſi bonum nequaquam proprio, ſed mutuato potius nomine ab ijs rebus quæ natura bonitatem non habent, appellare volueris: (ut eſt corporũ ſanitas, ut forma, ut argenti atque auri affluentia, ut progenitorum nobilitas, ut magiſtratus: quæ quidem magis uoluptatum, quàm ueri boni nomine cẽſenda ſunt:) enuntias myſteria, deũ ipſum offendis: nimirum talia appetis bona, qualia concupiuit olim myſteria Alcibiades temulentus, myſteriorum facifer, ex conuiuio ſacerdos, ludibundúſque ſacrificator. Bonum ſublimius bono nequaquam facilius inuenias, quàm pulchritudinem pulchritudine uenuſtiorem. nam ſiue pulchritudinem, ſiue bonitatẽ uel etiam leuiter mutilaueris, haud erit amplius uel altera pulchra, uel altera bona. Num cælum non uides imminens capitibus noſtris? num non in eo exiſtentia aſtra? num non infra cælum ætherem, infra ætherem, aerem, infra aerem, mare? Metire horum omniũ naturas. id ipſum quod dicimus tellurem, quæ uniuerſi pars eſt, quanuis ſeſe latè extendat, multiformíſque ſit, arbores ferat, animantibus pabulum miniſtret: ſi tamen cum mari comparetur, magnitudine maris inferior erit: ſicuti mare etiam ipſum anguſtius aere, aer minor quàm æther:

æther quàm cælũ. Hactenus perueniunt partes quæ ſe inuicẽ uel ſuperãt uel ſuperãtur. Si ad ipſum acceſſeris cælum, in eo quidem inuenias magnitudinem unàcum pulchritudine pariter ac firmiter cõſiſtere. Quid enim ſpecioſius cælo? quid ſyderibus clarius? quid ſole uegetabilius? quid uitalius luna? quid ordinatius cæteris choris? quid uenerabilius numine deorum? Verùm homines ipſis dijs honores, nõ ſecus quâm ſi bonis uiris diuiſuri eſſent, quaſi lance quadam expẽſos impendũt.

137 Quis hic eſt? Iupiter. Imperet. Quis alter? Saturnus. In uincula trudatur. Vulcanus ærariam exerceat. Minerua texat. Videlicet (ut opinor) ignorant, deorum legem unam eſſe, uitam unam, modũ unum, in quo nec diuiſio nec ſeditio ſit: reges omnes eſſe, æquales ætatibus omnes, ſeruatores omnes, pari dignitate denominationéq; æuũ omne ducentes. quorum una natura, ſed nomina permulta: quæ quidem humana caligo de peculiaribus ſuis utilitatibus ſumpta, ſingula ſingulis impoſuit. Itaq; aliter atque aliter nuncupatus eſt deus, perinde ut alia atq; alia maris pars dicitur AEgæum, Ionicum, Myrtoũ ac Cretenſe: quũ tamen omnes pelagus ſint eiuſdem generis, eiſdem affectionibus obnoxiæ, atque inuicem confuſæ. Eodem pariter modo bonum unicum eſt, ſibiipſi perſimile atq; omnino æquale: quod quidẽ mortales, propter debilitatem ingenij, ipſiúſque boni ignorationem, opinionibus ſuis diſtraxerũt. Callias locuples eſt. beatus qui tot poſſideat bona. At Alcibiades formoſior Callia. perpendamus eiuſmodi bona, cum pulchritudine ſcilicet diuitias. Quanti alterum facias? centum ſcilicet boum æſtimatione: alterum uerò, nouem boum.

Verum præoptemus? Sanè uel Phœnix, uel AEgyptius Calliæ eliget bonum: Eleus uerò ac Bœotius, Alcibiadis malit. Nobilis Pauſanias: at Eurybiades gloria melior. Confer nobilitatem cum gloria: utranam potius auferat palmam? Socrates & pauper erat & deformis, inglorius, tenuiſſimis parentibus ortus, abiectus (cur enim non eiuſmodi eſſet, genitus patre lapicida?) ſimus, uentricoſus, Comicis luſibus expoſitus: qui coniectus in uincula, ibi uitam amiſit, ubi etiã Timagoras interiit. O ſolitudinem bonorum, ne dixerim multitudinem malorum. quibus quid eſt quod uelimus opponere? quid dicimus? Confer Socratem cum concertatoribus illis in poſſeſſione bonorum: non cernis eum diuitiis Callia inferiorem? forma corporis Alcibiade minorem, honoribus Pericle, gloria Nicia? in theatro Ariſtophani cedẽtem, in iudicio Melito? Fruſtra igitur eum uictorem renuntiauit Apollo, fruſtra ei palmam decreuit.

BONVM BONO MAIVS ESSE.
Sermo XXIIII.

138 SED in Homerum cauſa referatur, quòd de permutatione illa armorum reprehenderit Glaucum. Quid igitur potius agam? Homerũmne apud te iudicem defendẽdum ſuſcipiam? an magis apud Homerũ Glaucum ipſum? opinor apud Homerũ Glaucum tuendũ eſſe: habenda nanque ratio eſt dignitatis Homeri præ alijs omnibus, nedum præ te iudice. Quãobrem Glaucus ita loquatur, Si ita eſſet Homere, ut bonum bono minus eſſet, uel minus maiore; iure accuſandus Iupiter eſſet, qui mihi mentem alienaſſet: uerùm quantum pertinet ad permutationem auri cum ære, ni-

*hil eſt quamobrem Iouem aut etiam meipſum condem-
nes. Nam nec plus habuit, qui aurum accepit: nec mi-
nus, cui æs traditum eſt. Verùm cum utroque uidetur
præclarè actum, quibus ſcilicet inæqualitas illa ma-
teriæ ultro citróque datæ atque acceptæ, exequatio-
nem in animo accepit certa uoluntate. Et Glaucus qui-
dem abſcedat: Vlyſſes uerò accedat ſapientior Glau-
co, oſtenſurus nobis qualem habeat ſenſum de poſſeſ-
ſione bonorum. Etenim nonne is eſt qui Alcinoi domum
ob delectationem cantúmque beatam iudicauit? qui u-
nà cum Nauſicaa precatus eſt deos, ut ei conſentientes
nuptias tribuerent: qui etiam Calypſo, ob immortalita-
tis dignitatem, celebrauit? Hic ſi apud alium quem-
piam diuertiſſet, qui minimè beatus ab epulis cantû-
que fuiſſet, aut fœlicitatem hauſiſſet à nuptiarum con-
cordia: opinor de his etiã bonis haud inſcitã abſurdám-
que ſententiã tuliſſet. Sed quando mihi pulchritudinem
obiicis, tanquam quæ proportione una, locum obtineat
boni: age pauca quædam de ipſa tibi reſpondeamus.
Videris utique mihi paſtoris Troiani gerere perſonam:
ad quem Iouis iuſſu, Mercurius uenerit, tres illas deas
in iudiciũ ducens, eo mandato, ut de pulchritudine in-
ter eas iudicares. At tu Veneris pulchritudine captus eiuſ-
dem paſtoris exemplo, Iunonis ac Mineruæ deformita-
tem condemnas. Enimuero ſi una tantùm in uniuerſa
pulchritudine pulchritudo cõſiſtit, & ex tribus illis dea-
bus una dũtaxat cæteris duabus ſuperior eſt: neceſſariò
ſequitur, quæ ſunt inferiores inuẽtæ, deformitatis no-
139 tam reportare. Ne tu id feceris fœliciſſime iudicum: ſed
parce nominibus turpibus, pedetentímque ab altera*

extremitate ad alteram deſcende: ne tibi iterum opponam Homerum. *Is nanque canit, Iunonem candidas ulnas habere, Auroram roſeos lacertos,* Mineruam *oculos glaucos, Thetidem argenteos pedes,* Heben *uerò talos pulcherrimos. quarum nulli uir ille pulchritudinẽ adimit, tametſi illæ una tantùm in parte corporis habere pulchritudinem uiderentur: ne fortè de dijs non bene loquutus, deum offenderet. An uerò non canentem* Homerum *audis chorum agreſtem ludẽtium in monte nympharum, quæ ſequerentur* Dianam *ducem?*

Deſpicit illa caput cunctarum,& vertice ſupra eſt,
Conſpicuóſque gerit vultus: pulchræ tamen omnes.

An Homerum *irrides, qui nymphas à pulchritudine laudarit?* Non *præterea audis quomodo de* Menelai *pulchritudine loquatur, quo loco ex eius uulnere effluens ſanguis coxam reſpergeret: ob eámque cauſam, pulchritudinem coxæ, muliebri arti comparãdam putarit, quæ purpura ebur imbuit ad habenas equorum conficiendas?* T*ales, inquit,* Menelae*, coxæ tibi ac crura pulcherrima cruore infecta ſunt. Quum uerò* Agamemnonis *pulchritudinem laudat, iam non amplius utitur exemplis* Lydicis *aut* Caricis*, aut ebore, barbaræ mulieris artificio, per aſperſionem purpuræ, nitenti: ſed eum capite atque oculis ipſi aſſimilat* Ioui. Vnde *patet* Agamemnonem *fuiſſe pulchriorem.* Eius *enim pulchritudo, ex oculis ac capite cõſtabat:* Menelai *uerò decor cõſiſtebat in coxis ac talis.* Sed *pulcher meliorib⁹ in partib⁹, pulchrior eſt: pulcher in deterioribus, non quidẽ continuò deformis, ſed pulchritudine inferior eſt dicẽd⁹. Quid autẽ? nõne in exercitu illo* Græcorũ*, primas partes pulchritudinis* Achi

les, ſecũdas uerò Nire⁹ habebat? at Nireus qui ſecũdas partes haberet, ac propterea primã pulchritudinis laudẽ cõcederet Achilli, te quidẽ iudice, in ordinẽ Therſitæ redigetur. Et, ne de pulchritudine ſolũ diſſeramus, Aiax de fortitudine nequaquam cum Achille certauit, non cum Aiace Diomedes, nõ cum Diomede Sthenelus, cum Sthenelo Meneſtheus. At nemo unquam Meneſtheo propter Sthenelum, Sthenelo propter Diomedem, Diomedi propter Aiacem, Aiaci propter Achillem, uirtutem abrogauit. Verum in ijs etiam rebus fit quidam uirtutis inceſſus, minimè medias tranſiliens naturas, ſed potius ſenſim ab optimus quibuſque ad inferiora deſcendens. Et ut aliquando tandem diuertamus à corporibus, cum quibus & robur & pulchritudo miſcetur: Penelopes & Andromaches exempla capiamus. Nónne utraque & caſta fuit & amantiſſima uiri? Sed tamen in hac laude, Andromachæ Penelopen anteferes: non quatenus Græca mulier anteferenda eſt barbaræ, uerum ob egregiam potius uirtutem, quam Penelopæ copioſius attribuas. Neſtor Agamemnoni conſilium præbet: num ſapiens ſtulto? Multum profectò abeſt ut credam te uelle, Græcorum omnium regem, genitum Ioue ac populorum paſtorem, turpi crimine notare. Sed ipſum Neſtorem, quãuis ſapiens, conſulit, idcircoquòd ſapiens ipſe ſapientioris conſilium affectaret. Cæterum de uirtutibus differens, ſi eas, ut ſimiles, inter ſe conferam, & eaſdem nihilominus inæquales eſſe oſtendam, eo quòd in participatum uenientes, hic quidem exuberãt, ibi uerò deficiunt: nequaquam tamen id me tibi probaturum cõfido: quum tu ſanitatem quoque ipſam ſimplex eſſe

quippiam opineris. Cedò *autem, quid eſt rerũ omnium*
quod ſit à ſimplicitate remotius? Natura *profecto cor-*
porum multo quàm ipſius animæ latius patet atque
diffunditur, ad ſanitatis atque ægritudinis terminũ
ſtatuendum. ex quo fit ut qui ualetudinis extremum
perquirit, fugientem rem perſequatur, quam ne AEſcu
lapius quidem uel ipſe Chiron *uno conſequatur excur-*
ſu: uſu autem hoc uenit, ut qui in ea re, ad quam perue
niri poteſt, impares acceſſionis uiderit gradus, lætus
amplexetur quod aſſequutus iam eſt, gratúmq; ſe oſtē-
dat, ac bene ſentiat de artis illius facultate: non tamen
idcirco ſubſiſtat atque deſperet ſeſe ad ultimam metam
peruenturum. Id *quód & in bonis ipſis euenturum pu-*
to: nam quũ tres nobis rationes ſeſe offerant, quarum
ope propoſitam quæſtionem decernere ac conſtituere ua-
leamus, earúmque una quidem ad rei ueritatem in-
tuendam pertineat, altera ad facultatem, tertia ad utili
tatem: harũ ſingulas ſeorſum diſcutiendas cenſeo. uerũ
ita ut ordine, quem modo propoſui, cõmutato, ab utilita-
te capiamus initiũ. Illud *itaq; proloquiũ quod in quæ-*
ſtione uerſatur, bonũ bono uidelicet maius eſſe, nondum
planè ut uerum neque ut poſſibile ponatur. Id*que ſolũ*
hoc loco inſpicere contenti ſimus, quidnam ſcilicet cõmo-
di nobis hæc bonorũ imparitas atque utilitatis appor-
141 *tet. olim nanque permulta, quanquam ne uſpiam qui-*
dem eſſent, aut eſſe poſſent, ſola tamen utilitatis fide,
plurimum profuerunt. At *non* Socrates *quidem ipſe bo-*
num circunducens, eius ſubſtantiam dũtaxat intra o-
ptimi fines circunſcripſit, præciditque uiã, ac ſpem mul
torũ deſtruxit ad ipſum bonum pertingendi. Q*uin uerò*

quaſi aſcenſionis conſtitueret gradus, quorum medijs, tanquam ex itineris labore, reſpirare quis poſſet, ac parata diuerſoria ſubire, longè ultrà uiatorẽ emiſit, ueluti mediocre aliquod bonum aſſequuturũ: progredientemque ipſum aſſecutione eius boni conſolatus eſt, iuxtà ac ſi ipſum attigiſſet bonũ, quod qui cõtingere poſſet, eum quaſi præconio quodam inter bonos, optimum renũtiauit. Altera uerò diſſertationis pars, nónne uictorem inter meticuloſos, ualẽtem inter imbelles coronat? Et, quod totius ſermonis eſt ſumma, neque optimis certatores opponit, neque uirtutes per cõparationem ſimilium expendit. Sed mitto conſiderare ulterius utile: atque ad poſſibile tranſeo. Aurũ ſanè excellens, deterius aurum probat, non plumbum: argentum redarguit argentum: æs item æs: ac ferè inueſtigatio recta per cõparationem fit earum rerum, quæ ſecundũ ſubſtantiã ſimiles ſunt, diſſimilitudinem autem habent in gradibus exceſſus. Quòd ſi bonum inter mala detruſeris, ac per comparationem boni & mali, incedere ad inueſtigationem uolueris boni, quid prohibet, quod extremum bonorum omnium eſt, tibi perſonam optimi geſtare? Nam quemadmodum noctu lux ex igne lucens, maiorem claritatem oſtentat eo qui pariter interdiu apparet, propterea quòd noctu profunda obſcuritas circunfuſa eius auget ſplendorem: interdiu uerò, quaſi certamine tenui ac debiliſſimæ luci cum ualentiſſimo ſolis fulgore ſuſcepto, obſcurari magis minorem claritatem oportet: Sic etiãm tenuis notæ bonũ, ſi per contentionẽ cũ malis examinari contingat, fit ut optimũ, maximum, excellentiſſimúmq; eſſe uideatur. quẽadmodũ tenebris profundis,

*parua aliqua ſcintilla, aut obſcuriſſima nocte, minima
lux ſplendorem latè oſtentat. At ſi ei cum ſui ſimilibus
bonis curſum contentionémque proponas, tunc opti-
mè diſpicies quid uerè ſit optimum: quum, ſi aliter fe-
ceris, ordinem prorſus perturbes atque cõfundas. Nón-
ne uides lunam, aſtrum ancipitis naturæ, die noctúque
eſſe illuſtrem? ſi tamen interdiu cum ſole contendat,
hebetem uideri? Cur ita? nimirum quia corpus ſolare
ex cunctis cæleſtibus corporibus optimum ac præſtan-
tiſſimum, imperium habet in diem. per noctem uerò lu-
na dominatur: tametſi illa omnium ſyderum ſit & or-
dine & lumine poſtrema. Eadem igitur ratione, ſi bo-
num immitas in noctem & tenebras atq; obſcuritatem
142 malorum, poſtremum ac tenuiſſimum bonum in tene-
broſa illa caligine principatum obtinebit. Quo tamen
cum cæteris bonis in comparationem adducto, neceſ-
ſariò uincet id bonum, cuius fulgor cæterorum bono-
rum claritudinem perſtringet. Atque hæc de poſſibili
ſufficiant. ad ipſum uerum aggredior. Vita hominis
haud aliud cenſenda eſt, quàm uitalis quidam decur-
ſus, ex anima, corpore, fortunáque permixtus: quarum
compoſitio rerum ſi rectæ rationi reſpondeat, ac earũ
unaquæque ad ſummum ſui roboris gradum aſcendat;
mutuus ipſarum complexus, fœlicitatis nuncupationem
meretur. Quod quidem fit, quũ imperium animus in-
ſtar ducis exercet: obſequitur corpus, militis more: coo-
peratur fortuna, quaſi inſtrumentum quoddam armorũ,
ex quibus ſcilicet omnibus oritur id quod dicimus uicto-
riam. Quòd ſi de complexu deduxeris fortunam, idem
erit quod militem armis ſpoliare: &, ſi militem abduxe-
ris, uideberis exauthorare imperatorẽ. at nules præſta-*

bilior eſt armis, imperator milite melior. Proinde *ſi alterũ feceris duorũ, ut uel imperatori tribuas honorẽ, reliquis contẽptis: quomodo fortuna utetur imperatore? uel ſi pariter omnes ad æqualitatem reuoces honoris: quomodo fortuna imperatore ipſo utetur?* Imperet *itaque animus, militet corpus, fortuna ſocietatem habeat belli.* Hæc *ſi ita ſe habeant, cuncta probo, admitto cuncta: æqualitatem illam honoris de medio tollo.* Non *uides nauigationem in mari, ut unus gubernator moderetur, tanquam corpus animus moderatur? ut nauis eius imperio pareat, ut animo corpus: ut uenti nauem impellant, quemadmodũ uirtutes fortuna? Quòd ſi tempeſtas exoritur, manente naui, incolumique gubernatore, ſalutis nũquam amittitur ſpes: ſiue nauis ipſa recto feratur curſu, ſiue arte tempeſtatem deuitet: dumtamen à gubernatore regatur.* At *ſi à gubernatore incipiens, ipſum abſtuleris, inutilis efficietur nauis, etiamſi firmitatem propriam ſeruet: inutilis afflatus uentorum, etiamſi fuerit ſecundus.* Propterea *& in mari, & in naui, & in nauigatione pretioſiſſimus eſt gubernator.* Poſt *gubernatorẽ, ſecundum locum accipit nauis, poſtremam ſedem obſequia occupãt extrinſeca.* Sed *& in curriculo uitæ, animus ſupremum ſibi uendicat honorem, medium corpus, tertium fortuna.* Bona *autem quæ à meliori dependent, maioris dignitatis exiſtunt iis quæ deteriori aſcribun-*
143 *tur.* Ego *etiã & ſenſibus adimo paritatẽ dignitatis. Cæcus erat* Homerus*: at erat* Calliopes *auditor.* Surdus Atys*: at poterat ſolem intueri.* Tranſfer *calamitates, atque audiat* Atys*, oculis captus: cernat* Homerus*, ad ſurditatem tranſlatus:* Atys *utique* Calliopes *cantũ mini-*

mè audiet, Homerum non deſeret magiſtra. Cæterùm diis quoque ipſis auſero æqualitatem dignitatis: quippe qui fidẽ habeam Homero, trifariam omnia eſſe diſtributa: quorũ ſingulis partibus tametſi attributus eſt honos, minimè tamẽ is æquis eſt portionibus deſcriptus, ſicuti neque paria etiam imperia conceſſa. Longè abeſt dignitas maris à cæli dignitate: mariſq; ipſius à regione inferna: quum tamen Pluto, Neptunus ac Iupiter, pariter fuerint dij filiiq; Saturni. Sed & Lyſander erat Spartiates: at Ageſilaus Heraclides. Cenſeo autem ſtirpes dignitatem à uirtutibus capere oportere. Non enim quũ equorum domitor nobilitatem adamet equorum,

(Ab Ioue quam cepit, rapti ob Ganymedis honorẽ,
Tros pater:)

uenatórque in catulis generoſitatem requirat: hic autem qui genere afficitur humano, animalis huiuſce nobilitatem ſit contempturus. Quid mihi ergo nominas progeniem Xerxis? progeniem narras contemnendã. Quid Crœſum Alyattis? tenue genus ais. Quid Hippiam Piſiſtrati? impurum genus allegas. At ſi Leonidam, ſi Ageſilaum memores: uirtutem agnoſco, Herculis memoriam repeto: nobilitatem extollo. Vtinam uel Ariſtidis, uel Socratis ſoboles Athenis permanſiſſet. cur enim non æquari debuerint cum Heraclidarum ſplendore? cum Perſica nobilitate? cum omnibus prætereà qui benefici in patriam fuerunt? An laudamus amnium fluenta, ſi puritatem ſuorum fontium ſeruent: laudamus plantas, etiamſi earum conſenuerint trunci, ſemina uerò permaneant: nobilitatem humanam minimè laudabimus; ſi exordia ducens à uirtute, ueluti à nitidiſſimo fonte, in-

uiolatã illã puritatẽ præſtabit? Hactenus *uirũ te præbes,fidémq; mereris. at ſi de diuitiis te percõter, quidnã obſecro dices? quo in loco quóue in choro ſtatues rẽ?* Dic *capite aperto animi cõcept⁹:cuiuſmodi diuitias eſſe*
144 *ais?*Malũ.*Quid ſequeris?*Bonũne?*Quid igitur fugis?*

Iurante lingua,mens ſoluta,peierat.

N*unquid aliquid habes quod neutrum ſit? minimè ſcilicet uel bonum,uel malum:ſed potius in confinio ac in media quadã regione conſtitutum?* Indifferentiã *ſerua, noli ulterius progredi,nec terminos trãſcende.* At *ſi nomine mutato,nequaquam bonum,ſed præponendam dixeris rem,nulla ſit inuidia denominationem mutare,dũ tamen ei honorem impendere non recuſes.*

QVVM DEVS BONA AGAT, vnde mala. Sermo XXV.

A LEXANDRVM *illum* Macedonem *ferunt, quum ad* Ammonis *templum peruenißet, ſalutatúſq; eſſet ab ipſo* Ammone *filius, fidem habuiſſe* Deo: *iuxta teſtimoniũ* Homeri, *qui* Iouem *deorũ atque hominum patrem appellauit.* Ad*miſſo autem oraculo,nihil aliud dignum putauit quod peteret à patre,uel* Darij *fugam, uel futuræ exitum pugnæ,utrúmue* Græciæ *infortuniũ impendêret, an* A*ſiæ miſceri res & conturbari deberet: ſed quaſi hæc omnia rectè procederent,de* Nilo *potius percunctatus eſt deum,quo ſcilicet loco fluendi ille exordium capiens, in* AEgyptum *decurreret.* Scilicet *hoc unum ad* Alexan*dri conſtituendam deerat fortunam: quod ſi exploratum haberet,omnes omnino eius numeros impleſſe uideretur.* Id *autem tantum abeſt à uero, ut ſi præter* Nilum,

notitiam etiam accipere t Iſtri, aut Oceani ipſius naturam cognoſceret, utrum uidelicet ille fluminis more, uniuerſam circunquaque terram ambiret: an potius eſſet mediterranei maris principium & fons: palúſue magis, in quam ſol ac luna ſub occaſum ſe conderent: aut aliud quidpiam quod poetarum uaticiniis canitur: ſi cuncta, inquam, ſimul hæc ſciret, nihilo propterea fœlicior euaderet. Quum tamen ei licitum eſſet, fluuios in eam partem fluere ſinere, in quam eos Iupiter emitteret, ipſum autem, ubi ad Ammonem ipſum uel ad Theſprotorũ terram quercúmue, uel ad Parnaſſum Parnaſſiúmue oraculũ, uel ad Iſmenũ Iſmeniámue uocem, uel Delũ Deliôſue choros, uel quouis gentiũ, tã Græci, quàm barbari nominis, ubicunque uocale celebraretur oraculum, acceſſiſſet: Iouem atque Apollinem oraculũ
145 rogare, in quo uno communis mortalium generis ſalus fundaretur. nãque utilius longè ſacrificiũ eiuſmodi inſiſſent mortales, quàm uel Dores de Peloponneſiacis rebus conſulentes, uel de Ionicis Athenienſes, uel de Siculis Corinthij. Quare imitatione accepta communium illorum cõſultorum, qui pro uniuerſo genere iuſſi olim erant oraculum adire, percunctemur ex Ioue, quiſnã pater erogatórque ſit humanorum bonorum, quæ ſint bonorum ipſorum exordia, qui fontes ex quibus manãdi initium capiant. Niſi fortè ſuperfluum ſit de his bonis, quorum cauſam ſentire uidemur, deo exhibere negotiũ: quorũmue aut ſuppeditationẽ perſpicimus, aut intelligimus fontẽ, aut parentẽ & opificem uidemus. Cæli uidelicet compoſitorem harmonicum, ſolis ac Lunæ ductorem, aſtrorum circulationis, influxus, choreæ de-

curſioniſque moderatorem ſupremum, temporum pro-rnum, uentorum gubernatorem, authorem pelagi, terræ architectum, fluminum emiſſorē, fructuum nutritorē, creatorem animalium, genitalem, pluuium, fructiferū, parentem, productorem: cuius mens nec ſcindi, nec minui poſſit, ſed potius ad omnes naturas admirabili pernicitate, perinde ut eſt oculi iactus, moueatur: & quodcunque attigerit (ſicut à ſolaribus radiis contingit, quæcunque eos excipiant in terra, clareſcere) mirificè exornet. Huius *autem contactus qualem enuntiabimus modum?* Ego *enim quod afferam, non habeo: at ipſum nonnihil* Homerus *ſubinnuit,*

Dixit,& in nutu nigrantia lumina torſit

Inppiter,&c.

Iouis enim nutu conſtituta ſimul eſt tellus, maréque, telluris ac maris animalia cuncta: conſtitutus eſt aer, & quodcunque fert aer: cælū præterea ipſum, & quodcunque mouetur in cælo. uniuerſa hæc nutus protulit Io*uis. Quórum hactenus cauſa non eſt quod oraculū petam. fidem habeo* Homero*, aſſentior* Platoni*, miſeret* E*picuri. Quum uerò ad conſiderationes malorum accedo, ſcrutarique cupio unde illa huc ſubierint, qualéſue habeant fontes, aut creationis origines, ex quibus emiſſa humanum genus inuaſerint: ut olim ex* AEthiopia *peſtis, ut* Xerxes *ex* Babylone*, ut ex* Macedonia Philip*pus: (non enim puto cælitus, non, inquam, cælitus mala ſunt. inuidia enim extra chorum cæleſtem ſedes ſibi conſtituit) hîc maximè uaticinio eſt opus, hîc conſulen-*
136 *dus eſt deus: Quare* Iupiter, Apollóque*, aut quiſquis alius uaticinator eſt deus, curatórque hominum gregis,*

reſpondete rogantibus quæſo, quod ſit malorum principium, quæ cauſa: quo negotio abigere malum, quáue illud uia effugere poſſimus,

Nulla ſit inuidia à nobis mala praua fugare.

Annon quæſo cernitis quot ubique ærumnæ in caſus humanos incidentes, circa terram uerſentur? quàm uario luctu gemitúque eam opplerint? Luget, inquam, hominis corpus circunſeſſum ſe uidens à morbis, in quos facillimè labens, ſalutem amittat: luget ambiguitatem uitæ. Nam quæ ætas, quod tempus tutum ab humanis caſibus ſit? nónne recentiſſimè n.tum, maternáque aluul ſuũ ab aluo, lutulentum adhuc & cœnoſum, defluénſque humore, & fletibus impletur & uagitu? Pòſt accedẽte ætate ſuccreſcens, furioſus & intẽperans fit. Si autem ad adoleſcentiam peruenerit, quàm multis flammis incenſus cohiberi non poteſt? Si ad ſenectutem excurrat, quàm cito cadauero ſum effectum uidetur extingui? Quo quid ad animi conſuedinem inutilius? quando ſibi ipſi placeat, quod nonnunquam miſerum ſit, & in operibus contumax, non imbrium, non uentorum, non patiens ſolis, ſuccenſens temporibus cæli, cum ipſo Ioue perpetuum bellum exercens. hyeme ueſtitur, refrigeratur æſtate: diſtentus quærit exinanitionem, de integro diſtẽdi auet. Videre etenim eſt ipſũ Euripi fretiq; inſtar, nunquã conſiſtere, quietẽmue agere: nõ ſaturari, non contineri poſſe: ſed potius uoracitatem ſectari. modò indumentorum, modò calceamentorum indigum eſſe: modò unguenta, medicamenta, balneáque requirere. ut quum equorum mille armento curando equiſo

147 *unus, innumeris ouibus paſtor unus, permultis bubus*

bubulcus unus ſatis ſit: unius tamen corporis obſequio, multis opus ſit manibus, multis opus ſit artibus. atque utinam tot iſta ſufficiant. Quæ enim in homine uis eſt ut ingruentem peſtem auertat? ut cadentes cohibeat imbres? ut terrã aduerſus concuſſionem tueatur? ut inſurgentem ignem extinguat? Annõ malorum excurſum ſucceſſionẽmque cernis? aut periculorum cõtinuationem non uides?

Nil homine tellus alit infœlicius ipſo.

Quinetiam ſi conſideres animum, quàm multis eum ægritudinibus ſuperinſperſum inuenies? Dolorem abige: ſubingreditur metus. abſcedat metus, iracundia exurgit. ſubſidat iracundia, inuidia erumpet. Quodcũque animum angit, ante pedes poſitum eſt, maláque ipſa in proximo ſũt, à quibus eſt nũquã ſinceras ſatis inducias accipere. Quid reſpõdeat Iupiter Apollóue, aut alius ex diuinatoribus diu? Audiamus eorũ interpretẽ, dicentem,

Eſſe malum à ſuperis affirmant, quum tamen ipſi
Criminibus propriis homines ſibi damna crearint.

Quæ igitur criminum eſt cauſa? Cælum & terrã duas eſſe manſiones cenſendum eſt: alteram omnino uacuam malorum, alteram utrũque, bonum ſcilicet ac malum, confuſum retinere. hinc uerò bona, ex altera illa mãſione defluere: mala autem, ſuapte malignitate inſurgere. At malignitas ipſa, duplex eſt. aut enim eſt affectio materiæ, aut animi licẽtia. Libet à priori incipere. Cernis artificem optimum, materiam habere ſubiectam, ex qua ſi quid eſt quod concinnũ euadat, id ſtatim arti referri debet acceptum: ſi quod in his quæ habẽtur in terra, ob inopiã uiriũ ſuarum, peccatum appareat, minimè ſtatim

culpare artem ipſam oportet. Nunquam enim artificis conſilium diſcedit ab arte: ſicut nec legiſlatoris conſilium ab æquitate diſtinguitur. At diuina mens longè peritius, quàm hominis ars, finem artis attingit. Quemadmodum igitur in opificiis artium, aliud eſt quod ex profeſſo ars ipſa, operis finem intendens, ſibi agendum eſſe
148 deſumpſit: aliud quod operæ negotio conſequens eſt, quod quidē artis nequaquam eſt opus, ſed materiæ affectio: (ut ſunt ex incude reſilientes fauillæ, ex camino ipſa fuligo, aut alia alterius rei affectio, quæ neceſſariò addicta eſt operæ, neque adeo artificis eſt propoſitum:) ſic etiam pro iis quæ accidunt terræ, quæ nos inuaſionem humanorum malorum appellamus, minimè artē culpare debemus: ſed potius cenſere naturas quaſdam eſſe, neceſſariò negotium fabricæ ſubſequentes. Enimuero quæ apud nos opinionem malorum corruptioniſque habent, pro quibus etiam angimur, ea profectò ipſe artifex ad ſalutem uult eſſe uniuerſi. Nam quum uniuerſi curam intendat, partes nimirum ipſas oportet pro uniuerſi ſalute laborare. Premuntur fame Atheniēſes, terræmotu laborant Lacedæmonij, mūdatur Theſſalia, uritur Aetna. & quando unquam Iupiter aut immortalitatem Athenienſibus ſpopondit (à quibus ſi abierit fames, Alcibiades tamen claſſem in Siciliam perditum eat) aut Lacedæmoniis immobilem terram, aut Theſſalis terrā nō mundatā: aut Siculis incendij cōpreſſionem? Particulæ hæ corporum ſunt: affectionem igitur materiæ intueris: quā tu ideo corruptionem appellas, quòd eam ex abeuntium rerum conſideras motu. At ego ſalutē appello, propterea quòd futurarum rerū

ſucceſſionem

ſucceſſionem ob eam eſſe coniector. Corporum ac genituræ mutationem, num animaduertis uicissitudinem eſſe uiarum ſurſum ac deorſum, ſecundum Heraclitum, cuncta ferentium? & harum quidem rerum, alio quidem tẽpore uitam ex alterius morte oriri, illarũ alio mortẽ ex alterius uita. Viuit ignis ex interitu terræ, uiuit aer ex interitu ignis, aqua ex interitu aeris, terra autẽ ex interitu aquæ. Inficiari non potes, huiuſmodi uiis uitam ſibi ipſi ſuccedere, atque inde & mutationem corporũ & uniuerſi nouationem creari. Iam uerò conſiderationem ad alterum principium alterius generis malorum transferamus: id eſt quod ſponte ſua naſcitur, pro licentia animi conceptum ac conſummatum. eius eſt nomen improbitas, cauſámque ab eligentis arbitrio nanciſcitur, deo ſemper extra omnẽ cauſam conſtituto. Quãdo enim terrã creari oportuit, quæ & fructuoſa eſſet, & animalium & multarum rerum educationi ſufficeret, & quæ præterea mala, quæ à ſeipſo cælum in ſecundũ hunc locum ablegaſſet, reciperet omnia, conſtrictáque detineret: illa nimirum mala mixtim in ſecun-
149 *dum hunc locum confluxerunt. Deus itaque capiẽs multas ac uarias animalium ſortes, eo cõſilio bifariã eorum naturam diuiſit, ut altera ſcilicet omnifariã uariáſque uitas corporibus præſtaret, ſed tamen & ratione & ſapiẽtia careret, mutuúmque ſibi ipſi interitum præberet, eſſétque penitus & intelligentiæ omnis & diuinæ expers uirtutis, quotidianum tantummodo ſenſum, edacitatis cauſa, ſequens: à quo etiam populariter ageretur: uiribus quidẽ corporis ſatis bene polleret, ſed ad ratiocinationem fouendam, nullam planè haberet facultatem.*

Contrà alteram illam, humanam dico, unius generis eſſe, unam legem ſpectare, unicámque eſſe conſtituit: quæ tametſi imbecillum ſumeret corpus, ratione tamen inexpugnabili uteretur, deũ intelligeret, ciuilis adminiſtrationis particeps eſſet, communionem mutuam diligeret, æquitatem, legem, amicitiam deguſtaret. Oportuit igitur huiuſmodi genus cæteris aliis gregibus præferri, quos uniuerſa aleret tellus, uno tantùm deo inferius eſſe: non tamen propterea inferius, quòd mortalitati uideretur obnoxium. Hoc enim quod mortem homines uocant, id ipſum eſt immortalitatis initium, & futuræ uitæ procreatio, pereuntibus ſcilicet ſua lege ſuóque tempore corporibus: animis uerò ad proprium locum propriámque uitam aſcendentibus. Verùm hic unus, de quo nunc ago, inuentus eſt modus ab ipſo deo, quo humana conditio minorem ſe eſſe diuina fateretur, propterea ſcilicet quòd animum terreſtri corpori, tãquam aurigam impoſuit currui, cuius & habenarum ſuſtinendarum & incitandi uim eſſet habiturus. huic enim aurigæ ſimul aurigãdi artem uiréſque tradidit, ſimul etiam liberum abutendæ artis arbitrium dedit. qui poſtquam inſcenderit currum, & habenas acceperit, ſi quidem fœlix beatúſque animus ſit, memoriámque habeat ſe iuſſu dei ſublatum eſſe in currum, ualidéque aurigationem regere debere, nimirum habenas moderatur, regítque currum, & equorum temeritatem contundit. At equi diuerſum appetunt curſum, temeréque huc atque illuc rapiunt currũ: hic ad petulantiã, ingluuiem ac contumeliam, ille ad temeritatem atque ferociam: alius uerò tarditatem, mollitiem, ſeruitutem,

fatuitatem atque humilitatem ſectatur. cuiuſmodi ſeditionibus diſtractus currus, aurigam conturbat, & ſi equorum unius impotens uis cæteros uincat, fertur currus pro libidine equi uictoris. Quo fit ut uictrice interdũ petulãtia, unà currus & auriga ad contumelias, conuicia, impuritates atque alias nefarias minimèque ſyncęras uoluptates, interdum uerò dominante iracundia, in multas uariáſque calamitates, uterque feratur in præceps.

QVID SIT SOCRATIS DAEMON.

Sermo XXVI.

MIRARIS *Socratem in conſuetudinẽ dæmonis ueniſſe, amici, uatis, eidem uſqueadeo ſemper aſſidentis, ut quaſi cũ ipſius mente implicatus uideretur: uiri, inquam, puriſſimi corporis, atque optimi animi, conſummatiſſimũ uiuẽdi modum adepti, ad ſapientiã aptiſſimi, in eloquio muſici, erga deos pientiſſimi, humanis in negotiis iuſtiſſimi. Quid inquam hoc miraris, & nõ potius uulgarem quandam* Delphicam *mulierẽ in* Pytho, *aut in* Dodone, Theſprotũ *hominem, aut* Libycum *apud* Ammonem, Ionem *in* Claro, Lycium *in* Xantho, Bœotium *in* Iſmenij *templo, hos, inquam, omnes quotidie dæmoni congredi, ex eóque haud ea tantùm, quæ ſua uel agere uel non agere interſit, uerumetiam quæ ad alienos pertinent uſus, edoceri: nec de priuatis ſolùm, ſed de publicis quoque uaticinium edere?* An *ideo quòd fatidica illa ſuper tripodẽ ſedens, diuino implente ſpiritu, oraculum profert? &* Ionicus *ille interpres, ubi aquã hauſerit biberitue, diuinator euadit?* Hi *uerò humicubi ac ſpurcipedes, quercui*

*Dodoneæ famulantes, ex ea (ut eſt in Theſprotis fama)
diuinandi facultatem accipiunt. Sed in antro quoque
Trophonij (nam & huius herois oraculum eſt circa Leba
diam urbem) qui dæmonem adire uelit, amictu indui-
tur lineo, talari, purpureóque, libáque in manibus ha-
bẽs, ſupinus anguſto ingreditur oſtiolo, ubi uel uiſu uel
auditu conſequitur, ut quum inde erepſerit, ſibi ipſe in-*
151 *terpres uatéſque fiat. Sed & in ea parte Italiæ quæ
magna Græcia dicitur, apud lacum cognomine Auer-
num, diuinatorium antrum fuit: antríque ipſius ſacer
dotes, ductores animarum ab ipſa re denominati: quò
qui oraculi cauſa ueniſſet, precatione in primis facta,
uictimis cæſis, liquoribúſque effuſis, uel patris uel a-
mici cuiuſpiam animam excitabat ab inferis: huius quũ
ſimulachro obuius fieret, cuius tanta tenuitas eſſet ut il
lius aciem propè effugeret ac falleret, idẽ tamen & uo-
cem & oraculum emitteret: ubi de his, quorũ cauſa ue-
nerat, reſponſum accepiſſet, confeſtim imago abibat è cõ
ſpectu. Huius oraculi notitiam, ut mihi uidetur, habens
Homerus, Vlyſſem ducit ad ipſum: quanuis poetico inge
nio locum illum extra noſtrum hoc mare collocarit. Et
hæc quidẽ quam ueritatem habuerunt à principio, eã
& in præſentia ſeruant. quorũ nõnulla adhuc integra
permanent, nonnulla, clariſſima ueſtigia miniſterij fre-
quentationíſque antiquæ reliquerunt. Neque non ual
de mirabile eſt, ne unum illa, tãquam abſurda, auſum
improbare, aut etiam quòd remota eſſent à conſuetu-
dine, eorum authoritatem reuocaſſe unquam in dubiũ,
quin potius ſingulos fidem habentes tempori, oraculum
adire, adeuntes, ueriſſimum credere, credito uti, uſum*

*quoque eius peruolere: uirum uerò natura utentem ge-
neroſa temperatiſſimáque inſtitutione, philoſophia ad
hæc uerißima, commodáque fortuna: hunc ipſum con-
ſuetudinem dæmonis diuino munere adeptum eſſe, &
admirandum & incredibile uideri. Quum præſertim
ex eo tantum acciperet, quantum ſibi ipſi duntaxat, nō
autem uniuerſis Athenienſibus, pro impendenti Græ-
ciæ infortunio, aut Lacedæmoniis pro expeditione conſu
lentibus, opus eſſet. ſed nec pro eo qui aut in Olympia
aut in iudicio certaturus, utrum uicturus eſſet: neque
pro appetentibus diuitias, an eas conſecuturi eſſent: non
poſtremò ob aliam cauſam, ex qua mortales operæpre
tium putant implicari negotiis, ob eámque quotidie la-
ceſſunt deos, dæmonem exerceret. Quorum omnium*
152 *uaticiniis, Socratis dæmon ſuffecaſſet. cur enim id non
poſſet is dæmon, à quo diuinandi facultas minimè ab-
eſſet? quando uel optimus medicus, qui nouerit morbū
à ſeipſo depellere, hoc itidem præſtare aliis poſſit, uel
faber, uel cerdo, uel denique quiſquis alius, ſiue ſcien-
tiæ, ſiue potentiæ alicuius facultatem acceperit. Verùm
Socrates colloquiis diuinis aſſuetus, eo ditiorem præ
cæteris animum habuit, quo magis eum induxerat ut
id tantùm ex conſuetudine dæmonis caperet, quod ui-
tam ſuam ad honeſtatem dirigeret, eáque in alienis
negotiis ſine inuidia, nec, niſi quantum neceſſitas coge-
ret, uſurus eſſet. Concedo, aliquis dicet, hæc ita ſe
habere, Socratémque fateor, propter ſummam uirtu-
tem, morúmque ac naturæ generoſitatem, in familiari-
tatem dæmonis ſuſceptum: ſed quis is dæmon ſit, ſcire
percupio. Scies: ſi quidem mihi ante reſponderis. Nun-*

quid in ordine naturæ dæmonum genus, quemadmodũ deorum, hominum ferarúmque, an potius nihil penitus eſſe arbitreris? Ridiculum enim pariter ſit, cũ qui dæmones eſſe ignoret, de Socratis dæmone quærere: ac ſi quis natus in inſula, qui ſpeciẽ equi uiderit nunquã, aut omnino mente conceperit, quũ audiet Macedonum regem, iumentum quoddam habere cuius eſſet Bucephalas nomen, idque regem tantùm ſeſſorem pati, à nemine præterea inſcendi poſſe: ſubinde roget quidnam Bucephalas ſit. Quid enim? nónne hic protinus cogat hæſitare narrantem, qui præ exemplorum inopia, huic ipſi qui nunquam inſpexerit equos, eorum naturam oſtendere non poſſit? Quo igitur pacto qui nunc de Socratis dæmone dubitant, tam otioſè in Homerica lectione uerſati ſunt, ut quæ is de Achille narrauit, non animaduerterint? Hic etenim, quũ in concione militari acerbè uſque adeo in Agamẽnonem inueheretur, ut gladium exerens, illum iam iã impeturus uideretur, retinetur à dæmone (Mineruam hunc appellat:) quæ ubi ad Achillem inflammatum acceſſit,

Terga premens, flauos Pelidæ diua capillos
Cepit.

Eadem hæc Minerua

Abſtulit ex oculis nebulam Diomedis, vt ipſos
Cernere ſiue homines valeat ſeu numina claré.

Rurſus & ad Telemachum, quum regem ſeniorẽ aditurus eſſet, ob eámque cauſam uerecundaretur & ſubdubitaret, ſocius loquitur,

153 Telemache altera ſunt, propria quæ mente volutas:
Altera quæ dæmon tibi ſuggeret.

Cauſam adiecit cur de dæmonis ope conciperet ſpem,
Haud puto te inuitis natum atque adoleſcere diuis.
De aliis quoque hæc ait,
Hanc illi mentem dederat Saturnia Iuno.

Et alibi,

Tydidæ robur Pallas & præbuit auſus.

Iterúmque,

Dátque leues artus, in primis crura, manúſque.

Nónne tam multos uides dæmonis amicitiã aſſequutos? Viſne, Socrate omiſſo, percũctari Homerum? Quid hæc ſibi uolunt, poetarum nobiliſſime? Socratis dæmon, unus erat, ſimplex, priuatus, popularis: qui eum à tranſitu amnis reuocaret, Alcibiadis amorem in aliud differret tempus, excuſaturum ſe in iudicio, pòſt in moriendi ſententia perſiſtentem non prohiberet: Homeri uerò dæmon, neque uni ſolùm, neque unam ob cauſam, neque unus, neque pro minimis negotiis aſſiſtit, uerùm omnino uarius eſt, ſæpiſſiméque ſub diuerſitate nominum, imaginum, uocúmque apparet. quorum num tu quampiam recipis? cenſes'ſque aliquid eſſe uel Mineruam, uel Iunonem, uel Apollinem; uel Diſcordiam, uel alium ex iis quos introducit Homerus? Neque tamen id nunc ſciſcitari me putes, an eiuſmodi Mineruam eſſe cenſeas, qualem Phidias effinxit: haud profectò inferiorem ea quam deſcripſit Homerus: uirginem ſcilicet formoſam, glaucos oculos habentem, celſam, ægide præcinctam, ferentẽ galeam, ſcutum haſtámque tenentem: neque etiam Iunonem, qualẽ Argiuus Polycletus edidit, candidas habentẽ ulnas, eburneos lacertos, bene oculatam, ornatam, regiam, aureo

throno inſidētem: neque præterea Apollinem, quem uel
pictores uel ſtatuarij exprimunt adoleſcentem, nu-
dum, ex chlamydula ſagittas emittentem, ſuſpenſis pe-
154 *dibus, perſimilem currenti.* Non, *inquam, hoc ago: ne-*
que te ita ineptum in coniectanda ueritate cenſeo, ut
quod ænigmaticè deſcriptum ſit, id te credam ad hi-
ſtoriam transferre uelle: ſed potius ex ueris his nomini-
bus corporibúſque, diuinas quaſdā intelligere potentias
fortunatiſſimis uiris ſiue per uigiliā ſiue in ſomnis aſſi-
ſtentes. Harum *ſi nullas recipis, uide ne tibi eodem tem-*
pore ſit cum Homero *depugnandum, oracula funditus*
tollenda, antiquæ famæ refragandum, inſomnia eiicien
da, Socrates *ualere dimittendus.* At *ſi tibi non incredi*
bilia neque impoſſibilia hæc uidentur, ſed cum mori-
bus naturæ concordare, & tamen de Socratis *facto*
nonnihil hæſitas, mutabo rationem, téque ipſum in-
terrogabo, num indignum Socratem *ducas, qui fatali*
quodam munere dæmoni inſinuari debuerit: an quod
in aliquibus forſan fateris fieri poſſe, id tamen in præ-
ſentia Socrati *detrahas.* Et *ſi quidem fieri poſſe reris,*
nunquam profectò obtinebis ut Socrates *indignus ui-*
deatur. Nam *ſi ea res ordini naturæ non repugnat,*
nec Socrates *quoque indignus apparebit.* Quid *igitur*
reliqui eſt? ut ſcilicet omiſſa Socratis *cauſa, dæmo-*
num naturam indagemus: de quo aliâs tibi à me habe-
bitur ſermo. Nunc *autem ad teipſum redi, concéptám-*
que iſtam opinionem omnino expurga, ut quod ne-
ceſſe eſt præcedere ad futurum de dæmone ſermonem,
id ante agnoſcas: quod quidem ita ſe habet: DII
uirtutem uitiúmque mortalibus, ueluti pugnantibus

in ſtadio, conſtituerunt: alterum quidem, improbitatis eſſe mercedem, quam ſcilicet flagitioſa mens ingeniúmque accipere deberet: alteram, coronam quæ optimæ naturæ mentíque ob honeſtas ac rectas rationes propoſita eſt. His *enim maximè uiris iungitur deus, eíſque ad uitæ pericula ſuppetias defert, uſqueadeo ut eos omni protegat cura, manus quoque quodammodo porrigat. hos utique uaticinijs ſeruat, augurijs alios: nõnullos ſomniis, uocibus ac ſacrificiis admonet.* Humanus *nanque animus mirum in modum eſt imbecillis, faciléque ratiocinationibus in omnem partem flectitur. qui uidelicet in ſecunda hac uita denſiſſima caligine circundatus ſit, propterea tenebris tumultúque malorum implicitus, uehemẽter occupetur. Quotus enim quiſq; mortalium uel ita expeditè uel ita tutò incedit, ut in uia non in cœnoſam aliquam foueam, uel torrentem incidat? útue à latenti aliquo uallo, uel rupe, uel ſcopo decipi non poſſit?* Aut *quis ita peritus gubernator & adeò parum ab artis ſcopo deflectens, ut à fluctibus æſtúque*
155 *marino, ab impetu uẽtorum, aeríſque perturbatione integer euadat? Quis præterea medicus tantam habeat fiduciã artis, ut nõ interdum terreatur ignotis inopinatíſque aliter atque aliter ſubnaſcẽtibus morbis, qui artis rationem ſæpiſſime abrumpant?* Poſtremò *quis ita ſe optimum faciat, ut uitam hãc tutò, nihil que offendens, nihil incurrẽs, tranſacturum ſe credat (quandoquidẽ ea nihil differre uideatur à corpore morboſo, ab incerta nauigatione, ab impedita ſubfoſſionibus uia) atque adeo contemnat, gubernatorem, medicum, ducémque deũ habere?* Optima, *fateor, eſt uirtus, & in actionibus efficax*

*humanis: attamẽ in peſſima periculoſáque materia uer-
ſatur, & ambiguitate referta quam fortunam homines
uocant. Hæc quum ſit penitus cæca immoderatá-
que, cum uirtute ſibi inſtituit certamen, eique & reſiſte-
re & repugnare non dubitat: fitque ſæpiſſime ut uir-
tutem agitans conturbet.* Itaque *ſicut contingere ſolet ut
per aerem ſublatæ nebulæ, radios ſolis ſubeundo, eo-
rum intercipiant fulgorem, nec propterea ſol pulchritu
dinem propriam amittat, tametſi eum opacitas nubium
abſcondit:* Ita *etiam uirtus ab impetu cæditur fortunæ,
neque ideo pulchritudinem dimittit, ſed quaſi in caligi-
nem denſam inciderit, umbratilis fit ac diſcluditur:
quo maximè tempore huic ipſi uirtuti opus eſt, deũ ad-
iutorem, certaminis ſocium præſentémque eſſe.* Hic *ue-
rò deus, certo quodã loco conſtituto prætorio, cælũ ipſum
cælique ordinẽ, patris inſtar familiâs, gubernat: ab eó-
que ſecunda eſt immortalium claſſis, qui dij medioxi-
mi dicuntur, mediam regionem, quæ iacet inter cælum
& terram, obtinentes: dei quidem potentia minores, ho
minibus uerò longè meliores: deorum penitus miniſtri,
præſides tamen hominũ: dijs proximi, at hominũ curato-
res diligentiſſimi.* Magno *nanque interuallo mortale ab
immortali, & aſpectu cæleſti & conſuetudine diſclu-
ditur: ac propterea dæmonibus eſt opus, qui utranque
naturã, diuinam ſcilicet atque humanam, affinitate at-
tingentes, harmonicis uinculis alterius imbecillitatem
cum pulchritudine alterius connectant.* Nam *perinde
atque inter* Græcos *& barbaros, inter quos eſt magna
156 uocis atq; linguæ differẽtia, interpretes ſunt qui alter-
utrorũ uoces ſuſcipiẽdo, ſignificationémq; uiciſſim deſe*

rẽdo, diuerſitatem illam nõnihil conciliãt, cõmerciáq; inuicẽ inducunt: Ita *intelligi poteſt dæmonũ genus cum dijs cúmq; hominibus uerſari. hincq; eſſe ut hominibus ſpecies appareãt, unde interdum diuinas uoces exaudiant: dæmonum ſcilicet genere in media mortalium natura diuerſante, eámque, ubi uſus expoſcat, beneficiis iuuante, quorum grex magnum numerum explet,*

Millia térque decem, genus immortale, miniſtri.
Sunt Iouis: hique homines ſeruant telluris alumnos.

Horum aliqui medicinam profitentur, aliqui in ambiguis rebus conſilium præbent, nõnulli abſcondita enunciant, multi exercendis artibus cooperantur. Hi *ſunt in itinerib⁹ comites, urbani alij, alij ruſtici: hi maritimi, terreſtres illi.* Q*uidam corporis humani cuſtodiã, ueluti laris cuiuſdam, ſuſceperunt: propterea uel* Socratis, *uel* Pythagoræ, *uel* Platonis, *uel* Zenonis, *uel* Diogenis *patrocinium habuerunt.* Torus *hic, ille hominum amator: hic aulis, ille militaris.* Ad *ſummã, quot ſunt hominum naturæ, totidem etiam dæmonum eſſe oportet.*

Vt quanuis ſuperis ſimiles ſint, vrbibus ipſis
Verſantes, præſtant diuerſis munera rebus.

At ubi animum uideris ſceleſtum, dic illũ nec cuſtodem, nec Genium *habere.*

QVID SIT SOCRATIS DAEMON. Sermo XXVII.

GE, *iam ipſum percunctemur dæmonem.* A*miré enim homines diligit, quorum etiam corporibus, perinde atque* I*ſmenij ars tibijs, in reſpondendo uti conſueuit.* Percunct*emur itaque ſecundum* Homericum Vlyſſem,

Num deus tanne homines inter mortalis & ipſe

Aut ſi fortè deus,lato ſpatiaris olympo

ſermone minimè eſt opus: quandoquidem te ſatis agnoſcimus.

Seu mage mortales inter telluris alumnus,

nūquid ita res eſt, ut iuxtà atque homines affectionibus, uocibus, genituræ temporibúſque obnoxius ſis? An potius eam uitæ rationem inieris, ut quum terreſtrem exuperes ſubſtantiam, terram tamen incolendam delegeris?

157 *Sanè nec carnem dæmonum genus (ita enim dæm. ō reſpondere me iubet) nec oſſa, nec ſanguinem recipit. Nihil præterea quicquam, quod diſtrahi, ſolui, aut liquari poſſit, aut ſuapte mollitie effluere. Quale igitur? Illud conſideremus in primis, quod planè neceſſarium eſt in ſubſtantiam dæmonum cadere. idque in hunc modum diſſeramus: Patibile & impatibile muicem pugnant, mortale itidem & immortale, rationale ac irrationale, ſenſibile & inſenſibile, inanimum & animatum. Iam uerò quodcunque eſt animatum, duo ex ijs habet inuicem connexa. Aut enim impatibile cum immortali coniungitur, aut cum immortali patibile, aut cum mortali patibile. Irrationale præterea cum ſenſibili aut cum animato impatibile. His nimirum gradibus ſenſim natura progreditur, quum à ſupremis digrediens, ordine ad infima deſcendit.* 15 *de quibus ſiquem huiuſmodi ſubtraxeris gradum, naturam protinus mutilam reddideris. Perinde atque eſt in harmonia uocū, in qua media, quæ Meſe dicitur, utrinque cum extremis uocibus conſentit. ab acutiſſimo nanque ad grauiſſimum mutatio hærens, medijs interpoſitis uocibus, modulabilis redditur. Quod quidem uel ex auribus, uel ex*

mechanicis inſtrumentis agnoſcas. Ita etiam naturam meditare perfectiſſimam eſſe harmoniam: in qua pone deum, ſecundum impatibilitatem, locum ſupremum obtinere: dæmonem ſeruare immortalium ſed tamen patibilium ordinem: hominem hic mortalitatis ac patibilitatis conditionem accepiſſe: bruta, irrationabilia ac ſenſibilia: plantas, animatas & impatibiles eſſe. Veruntamen cæteris omnibus in proprium differendi locum aſſeruatis, in præſenti ſermone dæmonum naturam inueſtigemus. Quam quidem dicimus eam medietatem obtinere, quæ inter hominem ac deum eſt conſtituta. uidendúmque in primis, utrum ea de medio ſublata, ſeruare extremitates ualeamus. Nunquid igitur deus eſt immortalis ac patibilis? Minimè: ſed potius immortalis atque impatibilis. Quid homo? num mortalis & impatibilis? Minimè itidem: ſed mortalis, non tamen impatibilis. Quò igitur euadet id quod ſimul immortale patibiléque eſt? Oportet enim tam ex immortali & impatibili, quàm ex mortali ac patibili, ſubſtantiam componere communem, quæ ſit humana præſtantior, inferior diuina. quandoquidem animaduertendum ualde eſt, ut extrema inuicem proportionem optimam ſeruent.
158 *Duarum enim rerum ſeſe natura uiciſſim fugientium fruſtra conciliationem tentaueris, niſi communis quidã interueniens terminus, utrãque poſſit pariter ſuſcipere, qualem mox dicam. Ignem dicimus calidum & ſiccum eſſe: quid uerò calido, præterquam frigidum ſicco, præterquam humidum, aduerſum ſit? Nequaquam fert natura, ut ignis in aquam, frigidum in calidum, ſiccum in humidum uertantur. inter hæc enim perpetuum agi-*

tatur bellum. quorum tamen ut fœdera ſanciat, eorum arbitrum aerem natura conſtituit. Itaque is caliditatem ab igne, humiditatem ab aqua mutuatus, diuerſitates ipſorum in ſeipſo ſuſcipiens, commiſcet, ſenſimque ad iungendam amicitiam demulcet: fitque conuerſio ac tranſitus, tum ignis ipſius in aerē, quatenus in eum caliditatem propriā inducit: tū aeris in aquam, quatenus ab ea humidum accipit. Rurſus aer, calidus & humidus, terra, frigida ſiccáque eſt: contraria autem eſt humiditati ſiccitas: caliditati frigiditas. Idcirco natura minimè ferat ut aer uertatur in terram; niſi ſubſtantiam aquæ adinueniſſet, quæ contrariorum horū, ut ita dicam, cōciliatrix, humiditatem aeris aptiſſimè cum frigiditate terræ coagmentaret. Illuc ſumma perducitur, quando ita natura conſtituit, ut ſingulorū elementorū compoſitio ex duabus contrarijs naturis conflaretur: ſi quidem ab ipſorum duobus alteras abſtuleris partes, eáſque inuicem conglutinaueris, fiet ut ex dimidia parte alterum ab altero diſiungas: ex reliqua dimidia arctiſſimè conſtringas. Is utique ſtatutus eſt modus, quo maximè contrariæ naturæ ac mutuam cōmiſtionem reſpuētes, quoquo tamen modo inſinuari uiciſſim uideantur conuertíque, ut ignis in aerem, caliditate intercedente: aer in aquam, humiditatis officio: aqua in humum, frigiditatis tranſitu: terra in ignem, caliditatis interuentu. Eodem ferè modo deus cum dæmone, ob immortalitatem: dæmon cum homine, ob patibilitatem: homo cum brutis, ob ſenſibilitatem: bruta cum plantis, ob animationem communicant. Viſne idem in corporis ſpectare œconomia? ut in ea conſtituenda, nihil uel confuſè uel ſaltuoſè per-

159 *agat natura: uerùm hæc quoque œconomia medietates, aliquas requirat, quibus corporum fabricam permiſsionémque contexat: propterea uidere eſt, capillos atque ungues molliores oſſibus, neruis duriores, ſicciores ſanguine, carnibus aſperiores. Ad ſummam, quodcũque rectè atque ordine compoſitum eſt, congruentem medietatem expoſcit: ut uoces, ut colores, ut ſapores, ut corpora, numeri, figuræ, affectiones atque ſermones. His ita ſe habentibus, ſi deus immortalis & impatibilis eſt, homo autem, mortalis ac patibilis: neceſſe eſt medium quendam locum intereſſe, qui ab horum altero obtineatur, quod ſit uel impatibile ſimul & mortale, uel patibile ſimul & immortale. Sed fieri nullo modo poteſt ut impatibile cum mortali conueniat. Supereſt ergo, dæmonum naturam patibilem ſimul & immortalem eſſe oportere: ut quatenus eſt immortalis, cum deo: quatenus patibilis, cum homine iungatur. Quemadmodũ uerò patibile ſimul & immortale ſit dæmonum genus, tempus me monet ut diſſeram. igitur ab immortalitate incipiendum.*

Quodcunq; corruptioni ſubijcitur, uel diſſoluitur, uel liquefit, uel ſcinditur, uel frangitur, uel tranſmutatur & uertitur. Ac diſſoluitur quidem, ut lutum ab aqua: uel frangitur, ut ab aratro terra: liquefit, ut cera à ſole: ſcinditur, ut planta aliqua à ferro: uertitur autem ac trãſmutatur, ut aqua in aerẽ, aer in ignẽ. Quãobrem oportet dæmonis naturã (ſi quidẽ immortalitatis eſt capax) neq; diſſolui, neque diuelli, neq; ſcindi, neq; etiam poſſe trãſmutari. Quid enim eum prohibeat immortalitatẽ amittere cõtinuò, ſi lædi poſſit ab aliqua eiuſmodi ui? At quomodo patibilis erit? quũ nihil aliud ſit dæmõ

quàm nudus animus, corpore depoſito? Nam ſi animus, corpus natura corruptibile, dum copulam ſeruant, à corruptione penitus uindicat: multum profectò abeſt, ipſum etiam animum corruptioni ſubiacere. In ſocietate igitur quam ſibi inuicem præſtant, corpus continetur, animus continet. Quòd ſi ab aliquo alio dicitur contineri animus, ac non ipſe à ſeipſo, quidnam illud erit? aut quonam modo capiet mens eſſe animum animi? Quotieſcunque enim contingit ut alterum contentum conſeruetur ab altero, neceſſe prorſus eſt, continentiam eiuſmodi con
160 *ſiſtere alicubi, & in id tandem incurrere, quod quidem continens aliud, à nullo præterquam à ſeipſo contineatur. Id ſi non ſit, ubinam ratiocinatio conſiſtet, in infinitum uſque progrediens? Quemadmodum igitur ſi nauem excogites marinis undis expoſitam, quam ne auferat ſalum, retinaculis multis ad aliquam prægrandem molem deligaris: quibus ſubinde inuicem colligatis, poſtremum ipſorum, ad ipſam molem, rem ſcilicet firmam atque immobilem, peruenit: ita etiam corpus, quū inundetur ab æſtu, nauiſque inſtar natet, titubet, quaſſetúrque: continetur ab animo, eiúſque beneficio ab impulſu defenditur conſiſtítque. At ubi neruos ac ſpiritus, ueluti retinacula quædam, per quæ interim corpus ab animi quodammodo mole ſuſtinetur, conſumpſerit attritio: corpus quidem corruptioni ſuccumbit, & in profundum rapitur, animus uerò proprijs uiribus enatans, ſeipſum continet, firmúſque conſiſtit. Is deinceps nuncupationem dæmonis accipit, fitque aeris protinus alumnus, ex terra in ipſum, tanquam in coloniam aliquam, aut ex barbaris ad Græcos, aut potius ex aliqua ciuitate,*

*tate, quæ exlex, tyrannide ac ſeditionibus premeretur,
in aliam legitimè degentem, regiam ac pacificam trãſ-
latus. Id autem totum cum imagine cõuenit* Homeri, *quã
ille in Iliade cecinit, à* Vulcano *aureo in clypeo excul-
ptam eſſe: in quo duas ponit urbes: in altera uigent nu-
ptiæ, conuiuia, choreæ, plauſus, & accenſæ faces uenti-
lantur: in altera, bella, ſeditiones, rapinæ, pugnæ, ulu-
latus, luctus, fletus. In hoc quoque ætheri reſpondet ter
ra, quæ pari propè comparatione ad ætherem ſe habet.
Hic enim quũ tranquillitate, plauſibus ac diuinis cho-
reis plenus ſit, terra tamen multiſonis uocibus, negotio-
rum ſylua diuerſitatéque uexatur. Nam poſtquam ani
mus depoſito corpore, decedens, hinc ſe in illum locum ſta
tuerit, corpúſq; terræ corrumpendũ reliquerit, ipſo mo-
mento legéque, ex homine dæmon euadit, puríſque
oculis propria ſpectacula intuetur: nihil à corporeis ille-
cebris atque obſtaculis impeditus, nihil à uarietate con-*
161 *fuſus figurarũ, aut ab aeris caligine obſeſſus: uerũ merã
pulchritudinẽ meris oculis cernens, exultat. ac tunc qui-
dem priorem uitam miſeratus, ob præſentem ſibi placet,
miſericordiâque erga cognatos animos, qui adhuc con-
tinentur in terra, cõmouetur. Auet præterea ob inſitã
clemẽtiã, eos propriũ reducere in gregem. Quin & er
rãtibus ſuccurrit. Præceptum enim accepit à deo, ut ter
rã reuiſat, miſceatúrque uniuerſæ mortaliũ naturæ,
fortunæ, menti atque arti, bonos adiuuãs, oppreſſos ſub-
leuans, cõtumelioſis iudiciũ ſtatuens & pœnã. Neque ta
men idcirco omnis indifferenter omnia adminiſtrat:
quin potius negotiis diſcretis, alius aliã prouinciam ca
pit. & hoc eſt quod in eorũ natura dicitur patibile, & in*

quo dæmon minor eſt deo. Haud enim ingenium illud
uetus, quod olim habuerunt in uita, penitus deponunt:
uerùm Æſculapius hodie quoque mederi non deſiſtit,
Hercules fortitudinẽ ſeruat, Liber pater bacchatur, Am-
philochus uaticinatur, Dioſcuri nauticam exercent, Mi-
nos iudicat, Achilles arma pertractat. Is adhuc inſulã
colit in mari Pontico, contra Danubium poſitam, eiúſque
& templum & aræ uiſuntur: ad quam tamen nemini
patet acceſſus, qui non prius ſacrificium obtulerit: id ſi
rite peractum eſt, in inſulã aſcendit. Viderunt ſæpius
nautæ uirum ſemideum, flauicomum, Pyrrhichẽ exer-
centem, aureis armis ornatum. ſunt qui eum nunquam
aſpexerunt, plaudentem tamen audiuerunt. ſunt etiã
qui ſimul utrunque, & audiuerunt & uiderunt. In-
terdum tamen accidit ut quum inuitus quis pernocta-
ret in inſula, dormientem illum Achilles excitarit, dedu
ctúmque in tabernaculum adhibuerit epulis, in quibus
Patroclus propinabat, Achilles citharam pulſabat. Au
ditúmque eſt Thetidem interfuiſſe conuiuio, nonnullóſ-
que alios dæmones, ex quibus conſtitutus eſt chorus.
Quid autem? nónne & Hector, ut eſt in Ilienſibus fa-
ma, eorum regionem inhabitat? eiúſque ſæpiſſime uiſi-
tur imago ſubſultim campum excurrere, atque emit-
tere fulgorem? Ego tamen (ut de meipſo loquar) neque
Achillem, neque Hectorem uidi: Dioſcuros uidi: fulgen-
162 tes, ut ſtellas, naui inſidentes, eámque contra tempeſta-
tem adiuuantes: Æſculapium uidi, non tamen in ſom-
nis: Herculem quoque, ſed uigilans, uidi.

VTRVM DISCIPLINAE SINT reminiſcentiæ. Sermo XXVIII.

CRETENSIS quidam Athenas olim uenit Epimenides nomine, cum eiuſmodi narratione, quæ multum uideretur à fide abhorrere: ſe uidelicet interdiu in antro Dictæi Iouis quieſcẽtem, altiſſimo correptũ ſomno, permultis continuis annis obdormiſſe, ſopitúmque, in ſomnis congreſſum habuiſſe cum dijs, cum diuinis eloquiis, cum iuſtitia præterea & ueritate. Fabulam hanc horſum ſpectare crediderim, ut intelligere liceret, terrenam hanc uitã ab animis humanis, ſomnio cuidam longo multóſque in annos traducto perſimilẽ putari: ſed tamen fabulam maiorem authoritatem habituram, ſi quidẽ Epimenides cum ipſa uerſus illos, quos Homerus de ſomniis cecinit, iunxiſſet. Eorum eſt ſenſus, duas eſſe portas tenuiũ ſomniorum, eburneam alteram, alterã corneam: fieríque propterea, ut ea ſomnia quæ de cornea porta egrediãtur, & ueritatem ſecũ afferant & fidẽ: quæ uerò ex eburnea illa emittuntur, inaniſſima ſint penitus & mendaciſſima, nihilq; ad animũ ferant quod uigiliã ſapiat. Horſum ſpectabat Epimenidis ſermo, ſiue ille cõmentitius fuit, ſiue narratio ſeria. Quid enim aliud eſt homini num uita, præterquam ſomniũ manifeſtum? per quam animus demerſus in corpus, præ nimia, ut ita dixerim, ſatietate ac crapula, uix rerũ ſomniat ſubſtantias. Etſi ſatis ab uſu docemur, maximã animorũ partẽ ab eburnea porta ſomnia accipere. Siquis tamen ex his purus ſobriúſue ſit, aut ſaltẽ minimũ à ſatietate & crapula tactus, credibile nimirũ eſt, huic ab altera porta, mani

feſta, diſtincta, uerôque proxima ſomnia obuenire. cu-
iuſmodi fuit illud Epimenidis. Pythagoras Samius Græ
corum primus auſus eſt dicere, corpus quidem ſuũ quan-
doque morti ceſſurum: animum uerò, quaſi ex ipſius
163 corporis funere euolaturum, à morte pariter ac ſenectu-
te immunem. quòd etiam antequam corpus induiſſet,
habuiſſet uitam. Is hæc dicens, fidem meruit apud cæte
ros Græcos: creditúmque eſt, illum aliud iam olim in
terra corpus habuiſſe: quod tum Troicus fuit Euphorbus.
Credulitas autem illa hinc robur accepit. Ingreſſus e-
nim Palladis templum, in quo erant multæ ac uariæ
dedicatorum munerũ ſpecies, in iis clypeũ figura Phry-
gium reperit, uetuſtate iam conſumptũ: hunc quũ Pytha
goras uidiſſet, dixit, Clypeum agnoſco meum, quem mi- 16
hi interfector meus abſtulit in Ilienſi pugna. Cuius quũ
admiratione ſermonis capti incolæ eſſent, ſuſpenſum
detrahunt clypeum, in eóque hoc epigramma ſcriptum
inueniũt. Palladi Menelaus ab Euphorbo. Viſne narra
tionem aliã afferam? Ita opinor. Procõneſii hominis cor-
pus iacere olim ſæpius eſt uiſum, exiguũ uſque adeo ſpi
ritum retinens, ut minimè diſtaret à morte: quũ interea
animus è corpore egreſſus, alitis inſtar, circunquaque
uagaretur in aere, ſubiectam aſpiciẽs terrã, mare, am-
nes, urbes, gentes, uariáſque hominum affectiones ac na
turas. Is quũ rurſus reuerteretur in corpus, excitans ip-
ſum, quæcunque in ea peregrinatione audiſſet ac ui-
diſſet, eadem ordine omnia ex corpore, uelut ex organo
quodã, loquebatur. Dices, quid tandẽ Epimenides, Pytha
goras & Ariſteas ſignificare uoluerũt? Quidnã aliud,
quàm optimi animum uiri, ubi ſe à uoluptatibus atque

*affectionibus corporis(cum quibus conſuetudinem prius
habuiſſet)exoluens, earũ perturbationem effugerit, ad
mentem de integro conuerſum, rerum relictis ſimula-
chris,ueritatem attingere?Ea res aptiſſimè poteſt compa
rari cũ pulcherrimo quodã ſomno, clariſſimorũ pleno
ſomniorũ:ipſumque animum altiſſimè ſublatum intel-
lige,haud ipſorum montiũ uerticibus,pérque aerem nu
bilum & concitatum incedere, ſed ſublimius uectũ,per
ætherẽ inconcuſſum,trãquillitate quietéque comitibus,
ſine moleſtia prouehi ad ueritatis aſpectum.Eius autem
perfectionis uiam cuiuſmodi eſſe dixerimus,quóue eam
nomine aptiſſimè uocemus?Num diſciplinam, uel,Pla-
toni aſſentientes,reminiſcentiam dicemus?An magis u-*
164 *nam rem, duplici nomine,diſciplinam ſimul & remini
ſcentiam appellare uelimus?Sanè hoc quod aſſequi di-
cimus animo,belliſſimè poteſt cum accidentiis oculi cõfer
ri.Is quum inſitam habeat cernendi uim, calamitatem
interdum eiuſmodi patitur,ut ob id quòd cernendi in-
ſtrumentum circunſidetur à nebula, ſpectabilium rerũ
congreſſione priuetur: cui ſi interueniens ars reſtituerit
uiſum, eã nequaquam intellige uidendi infundere uir-
tutem,ſed potius impedimentum auferentem, liberũ red
dere luminibus excurſum.Eodem animum modo exiſti
mes,uelim,uim eſſe natura proſpicientem atque intel-
ligentem ſubſtantias rerum:huic,communi corporum ca
lamitate,accidere ut offuſa caligo aſpectum eripiat,a-
ciem obtundat,propriúmque ignem extinguat: demum
rationis artem accedere, quæ,ueluti medicus quidam,
non omnino ſcientiam(quam nequaquam prius habue-
rit)conferat,ſed quæ integra olim exiſtens, poſt impe-*

dita, tenuis torpénſque fuit, eam clariſſimè excitet. In
quo idem ferè obſequiū interuenit quod obſtetrices pa-
riētibus præſtant. Hæ *nanque eruditas adhibēt manus,*
ſuſcipiūt fœtum, dolores mulcent, maturū partum in lucē
educunt, puerperæ diſcutiunt periculū. Similiter *ratio*
prægnantem animum doloribúſque plenum obſtetri-
catur. In *quibus plurimi, uel obſtetricis imperitia, uel*
dolorum uehementia, uel etiam ignauia ſeminis, abor
tiuū emittunt: pauci admodum raríque animi abſolutè
pariunt: ex quibus ſi ſuſcipitur proles, ea nimirū legiti-
ma integráque eſt, & patrem apertiſſimè teſtatur. Pro-
inde animi conceptio dicitur mens, dolores ſenſus, par-
tus reminiſcentia: animóſque omnes intellige natura con
cipere, ſenſu ſuſtinere dolores, parere ratione. Q*uēad-*
modū igitur natura non recipit, quicquā, niſi ex ſemine
oriri, ſed potius quodcunque procreatur, ſimilitudinem
ſecum ſeminis deferre, ut hominē hominis, bouē bouis,
oleam oleæ, uitem uitis: ſic etiā animus ſi ueritatem in-
telligit, neceſſe planè hūc eſt, uerarū ſeminibus rerum
imbutum eſſe, quas quidē & eſſe & ſemper eſſe, & ſem
165 *piternas ſubſtantias eſſe & immortales eſſe, dicendum*
eſt. Propterea *ſcientiā, florem quempiā, maturúmque fœ*
tum ex animi ſemine exiſtere: neque aliud ignorantiā
hominū, quàm ſeminis huiuſmodi ceſſationem eſſe. Si *i-*
gitur animus, quēadmodū & corpus, mortale quid eſt,
corruptioni, diſſolutioni, putredinique patens, nihil ſa
nè de eo aliqua cum dignitate loqui poſſum: neque e-
nim de corpore licet: quandoquidem caducus animans
ſit, maximè labilis, uagus, infidus, obſcurus ac furioſus.
Cuiuſmodi *naturam ſi animus habeat, quidnam is uel*

ſcire, uel reminiſci, uel diſcere ualeat? Facilius enim *cera liqueſcens ex ſole, impreſſam ſigni alicuius imaginem ſeruet, quàm diſciplinã animus, ſi corporeus ſit: quũ liquidò conſtet corporum omnifariam genus celeriter fluere, perindéque quaſi* Euripum, *ſurſum ac deorſum ferri, ob eámque cauſam modò ex pueritia in iuuẽtutem excreſcere, modò ex iuuentute in ſenectutem delabi.* Ipſum *uerò animum ab hac natura remotiſſimum & Pythagoræ & Platonis oracula teſtantur.* Quin *etiam Homerus ante hos, cui animi apud inferos loquũtur, & interdum diuinatorij ſunt, in quibus citharœdus quidam celeberrimus hæc ait,*

Ipſe mihi doctor, tribuerunt numina vocem.

Veriſſimè profectò loquitur: ipſe enim ſui doctor eſt animus, ſine artificio quopiam: eique ex deorum munere ſuppletur ut naturalem ſcientiam habeat. An uerò animãtia cætera haud aliunde, quàm ex ſeipſis, proprias actiones ediſcunt: neque aliquẽ cognoſcere licet, qui uel leonis ad uires cõparandas, uel cerui ad fugam, uel ad currendũ equi præceptor exiſtat: ipſæ etiam aues ſciẽtiã à ſe hauriunt, qua ſcilicet in uerticibus arborũ, propria arte conſtruãt nidos: & araneæ ex tenuiſſimo filo ſibi indito, retia nectũt, quibus in aere uenẽtur: nullóſq; præceptores reptilia in excauãdis latibulis, uel piſces in barathris habent, ac reliquæ deinde animaliũ artes, quibus ſalutem propriã tuentur, ſingulis ſunt inſitæ generibus: homini autem cunctorũ animalium, quantum ad intelligentiam attinet, facilè principi, aliunde quàm à ſeipſo ſcire ſuum obueniet? Minimè *gentium id erit.* Neceſſe *nanque eſt eum, aut inueniendo aut diſcendo*

ſcire: quorum ad alterum propter imbecillitatem ſuam aſpirare non poteſt, ſi ita eſt ut animorum ſubſtantiæ ſcientiam inuiderit natura. Nam *ſi quid inuenerit, quo-*
166 *modo utetur inuento, quum eius uſum ignoret?* Si *enim mediterraneus uir (ut ex* Homeri *loquar ſententia) temoni occurrat, dicat moleſtum ſe onus humeris geſtare.* Hinc *& diſcendi ſtudioſus, ſi ignaro præceptori operam det, nullam expeditæ diſciplinæ ſcientiam acquiret. ſi peritiam ſectetur, & diſcendi compos euadat, ex eius quæram doctore, quemadmodum ipſe ſcientiam quam docet, acceperit?* Aut *enim inueniſſe aut didiciſſe ſe dicet.* Ac *ſi quidem inuenerit, quînam utatur inuento, nihil ipſum intelligens?* Sin *ex præceptore quopiã hauſerit: ad præceptorẽ conuerſus, libens iucundéque idẽ percunctabor.* At *ubi percunctandi finẽ faciemus? quóue loco conſiſtet diſcendi ex alijs modus?* Incurrere *enim omnino ratiocinationẽ oportet in eũ, qui id quod quærimus, nequaquã ab alio acceperit, ſed ſuopte inuenerit ingenio. cui eadem illa dicenda erunt: quo quidem cognito, ſtatim appareat ratio quæ nobis quæſtionẽ exoluat.* Quare *animi inuentio indigena in ipſo exiſtẽs eiúſque ex ſenine orta, uel potius animo inſita, quidnã aliud quã uerarũ opinionũ excitatio ſit? quæ excitatio atque ordinatio, ſcientiæ nomẽ accepit.* Vis *ne huius imaginem rei in milite ponamus errante ſuſ[?]que? an potius exemplũ ab* Homero *ſumentes, fingere libeat, nocte ac profundiſſima quiete exercitum teneri, per quam cæteris omnibus in altiſſimum ſomnum demerſis, unus* Agamemnon *exercitus dux uigilet, qui tabernaculum egreſſus, ſingulóſque excitans milites,*

Primùm equites fortéſque viros ſepire phalangem
Imperat,ignauos medias implere cateruas.

Nónne quid ſimile apparet in animo, quum intempeſta nox & grauiſſimus ſomnus eiuſdem cogitationes oppreſſit: at ratio, ducis uel regis obtinens locū,(uel quocunque potius nomine eam libet appellare)ſingulas adiens,ſopitas excitat,excitatas in ordinem ducit? Somnū hunc dic eſſe obliuionem:excitationem,reminiſcentiam: memoriam, cuſtodiam conſeruationémque eorum quæ ordinauerit ratio.Fit autem ſenſim reminiſcentia, quotieſcunque animus alterum uenatur ex altero,præſentibúſque admonitus rebus, manu quodammodo ad ſitu rarum conſiderationem perducitur. Videre etiam licet
167 *in actionibus humanis eandem reminiſcentiæ uiam. Canente enim Demodoco, in Phæacum conuiuio,contentiones Vlyſſis & Achillis, præſens Vlyſſes cantilenam exaudit,factúmque agnoſcens lachrymatur.num igitur non credere par eſt, animum,eiuſmodi principio arrepto,ad Iliaca geſta recurriſſe,corpúſque Vlyſſis tametſi in Phæacum accumberet conuiuio, animum nihilominus in Ilio uerſari: recenſente memoria quæcunque temporibus illis aſpexiſſet,ſicque modico concitum principio, magnum ueterū ſpectaculorū numerū cogitatione adiiſſe? Quinetiā aliquis intuitus lyrā,amorū reminiſcitur,in quibus uſus eſt lyra.agilis nanque & expedita res eſt reminiſcentia. Ac ſicut maximè quibuſdam corporibus contingit, ut nunimis ad omnem motum impulſibus patentia, ubi ſemel ab impellente manu motionis initium acceperint, eam diutiſſimè ſeruent: ſic etiam mens, ſumptis exiguis ad memoriam initiis, quæ quidē*

porrexerint ſenſus, latiſſimè reminiſcentiam extendit. Etenim ſingulas res arbitror, quas aut præſentes aſpiciat, aut geſtas iam antè aſpexerit oculus, aliarum ſecum conſequentiã trahere: uel ordine temporis, quẽadmodum dies poſt ſe noctem trahit, iuuẽtus ſenectutem, uer hyems: uel ordine affectionis, ut pulchritudinem ſequitur amor, contumeliam iracundia, proſperitatem uoluptas, calamitatem dolor: uel loci, ut

Pharinque, Spartámq;, colũbiferã quoque Thiſben.

uel legis, Bœotis rex Peneleus, & Leitus olim,
Arceſilaúſque, Prothoenórque, Cloniúſque.

Vel etiam potentiæ, ut

Iuppiter Aiacis da ſortem, vel Diomedis,
Diuitis aut etiam regis prodire Mycenæ.

Senſus igitur tanquam in ueſtibulis animæ excubantes, rerum principia excipiunt, eáque intrò ad mentem trãſmittunt. Quibus acceptis, incenſa mẽs reliqua proſpicit, & uſque ad conſequentiam uel temporis, uel naturæ, uel legis, uel loci, uel dignitatis, uel potentiæ, perſequitur. Quemadmodum igitur accidit longis atque exilibus haſtis, ut quiſquis uibrauerit capulum, reliquas haſtæ partes ad cuſpidem uſque concutiat: útue
168 *qui longi connexíque ordine funis extremitatem alteram quatiat, continuam concuſſionem per medium ſpatium ad alteram extremitatem tranſmittat: Sic & humanæ menti, exiguo principiorum hauſtu ad integram rerum intelligentiam eſt opus. Quamobrem aptiſſimi ingenij uir & ad uirtutem propenſiſſimi, ſponte ex ſeipſo principium capiens, uiam ingreditur, incedítque ad mentis ſpectacula, eáque & aſſequitur mente & memoria uoluit. Qui uerò ingenio inferior ſit, eũ habere*

*Socratem oportet, haud ſanè docẽtem, ſed potius inter-
rogantem ac perquirentem: à quo, ordine rogatus, ue-
riſſimè ad interrogationes reſpondeat. At quînam re-
ctè de ignotis reſpondebit? Niſi fortè, quem uideris al-
terius manu deductum incedere, minimè ipſum ince-
dere contendas. Sed quidnam manuductor ab eo qui
interrogat, quídue incedens, à reſpõdente differt? Qui
enim rogatur, ſibiipſi actionem præbet: is uerò qui du-
cit, illius regit inceſſum. Verùm neque qui ducitur, di-
ſcit incedere: neque etiam interrogatus, reſpondere: &
tamen uterque, alter quidem incedit (poteſt enim ince-
dere) alter reſpondet: quòd ſcilicet nouit. Confert autem
uterque auxiliũ utrique: corpus natura greſſibile eſt,
animus rationalis. &, ſi immortalis (quod a rtè inficia-
ri nemo poteſt) huic omnino neceſſe eſt, intellectiones
ac ſcientias rerum ex æternitate ineſſe. Sed duplicem,
ut arbitror, uitã animo habente: alterã ſcilicet purã
ac clariſſimã, & à nullis calamitatibus tentatã: alterã,
turbulẽtã, cõcitatã ac diuerſis fortunæ caſibus implica-
tã: ex ultima hac, animus ambiguitatis tenebris perfundi-
tur, perindéque eius mens, ut temulentorum eſt morbus,
in torporẽ inducitur. His uidelicet morbis impudentiſſi-
ma, ut ita dixerim, ingurgitatione ægrotat animus, proxi-
méque ad inſaniã accedit. Qui ſi ſeipſum reuocare a-
liquantulum cœperit, neque ad ſummum decipitur, ne-
que omnino ſyncera utitur ratione, ſed medius ueluti in
ignorantiæ rationiſque confinio ſedet. Sin penitus ex
169 hac fæce, tanquam ex Cimmeriorum regione, in cla-
riſſimam ætheris lucem immigrarit, liber à cupiditati-
bus, liber à morbo, liber ab ærũnis penitus fit, túncque
ueritatem perſpicit & cum ratione perpendit: tunc cum*

diis & cum deorum filiis miſcetur. Tunc etiam extremũ cæli fornicem tranſcendens, cum melioribus uerſatur diis, & ad eorum militiam aſcribitur, atque uni imperatori ducíque Ioui *operam nauans, ueritatis ueræ recordatur. Nunc autem diuinarum reminiſcitur rerũ. Itémque tunc fiduciæ eſt plenus, nunc autem fallitur.* Ro*buſtus uerò animus, probum dæmonem ſortitus, etiam hîc affectionum tumultui reſiſtit, ſéque, quoad propriæ ferunt uires, à conſuetudine corporis abducens, ueterum illorum ſpectaculorum memoriam excitat.* Propterea *coniiciunt poetæ* Memoriã *matrem eſſe* Muſarum, & *appellant ſcientias* Muſas, *diuiniſſimum nimirum chorum,* Iouíſque *opus,* Memoria *genitas compoſitáſque.* Muſis *igitur & memoriæ danda eſt opera.*

VTRI MELIVS DE DIIS TRActarint, poetæ ne an philoſophi. Sermo XXIX.

VEHEMENS, *me* Hercule, *ſeditio exagitat mortales, quando illi non ſolùm ad politiã ac regnum, aut ad ea mala quæ iacent in medio, cõtentionem attulerint: ſed etiam cunctarum rerũ quietiſſimas, philoſophiam ac poeticen, uexarint, rẽ nomine quidẽ duplicẽ, ſed ſimplicẽ ſubſtãtia, miniméq. re ipſa differentem. ueluti ſi quis diẽ aliud eſſe quàm ſolis lucem defluentem in terram: uel ſolis curſum ſuper terram, aliud eſſe quàm diem exiſtimaret: ſic etiam ad philoſophiam poeticæ ſe habet. Quid enim eſt aliud poeticæ, quàm philoſophia tẽpore uetuſta, cõſonãtia metrica, argumento fabuloſa?* Porrò *philoſophia quid aliud quàm poeticæ, tempore iunior, harmoniã expeditior, argumento apertior? Duarũ igitur rerum tempore tantùm*

ac figura diſcrepantium quiſnam differentiam diiudicet in iis quæ de rebus diuinis utrique, philoſophi uidelicet ac poetæ, dixerunt? An dicamus huius rei ſpeculationem huiuſmodi eſſe, perinde ac ſi quis medicinam illam antiquam, cum iuniori, ad morbos temporum noſtrorum excogitata, cōferēs, uirtutem ac uitium utriuſque perpendat? Huic nanque putauerim Aeſculapium reſpōſurum: alias quidem artes nullam à temporibus mutationem accipere: (quarum enim uſus identidem eſt idē, harū etiā opera eadē ſunt:) ſatis autē habere medicinam, ſi temperamento corporum obſequium impendens, inſtabili uidelicet rei miniméque certæ, ſed potius propter diuerſos educationum modos inconſtantiſſimæ labentiq; curationes ac uictus rationem ad uſum præſentis educationis aliter atque aliter accommodet. Quamobrem minimè credas Machaonem illum ac Podalirium, filios meos, minus commodos medicos fuiſſe iis qui ſuccedentibus temporibus in eiſdem ſtudiis uerſati ſunt, quíue ſapientes ac uarias baſce curationes inuenerunt. uerùm eius temporis ars, cum corporibus nequaquam uel pinguibus, uel uariis, uel diſſolutis diuerſans, ea lōgè facilius tractabat: filiíque idcirco mei ſimplicem occupationem habuerunt: ut eſt

Virus ab infectis abſcindere partibus ægri,
Mitiáve affectis imponere pharmaca membris.

his uerò poſterioribus temporibus, labentibus corporibus in ordinem uiuendi multipliciorem, deteriúſque idcirco temperamentum, medicinam & ipſam, multiplicitatem ſequi oportuit: ob eámque cauſam, ex ſimplicitate antiqua decedentem, uarium habitum ſumere. Sed age

iam ipſi (poetam ac philoſophum intellige) ſuas partes ſuſcipiant, Aeſculapiíque ſuperioris exemplo, de propriis ſtudiis reſpondeāt. Ille profectò graue aliquod malū dicendus eſt pati, qui uel Homerum, uel Heſiodū, uel etiam Orpheum exiſtimet Ariſtotele Stagirite, Chryſippo Ciliae, Clitomacho Libyco, aut aliis, qui tam multa támque docta adinuenerunt, ſapientia poſteriores habendos eſſe, & non hos potius credat, aut itidem ea-
171 *dem, aut etiam meliora præſtare potuiſſe. Quemadmodum igitur antiqua illa corpora, propter optimam uiuēdi conſuetudinem, arti ſe tractabilia præbebant, poſteriora uerò medicinæ uarietatem poſtularunt: Sic etiā animus prioribus illis temporibus, ſimplex, aut (ut nunc dicimus) craſſus, philoſophiam muſicam manſuetiorémque poſcebat, quæ ipſum fabulis quibuſdam, perinde ac popularis quidam rector, duceret uerſarétque, aut potius, nutricum in morem, dum fabellis puerorum ingenia demulcent: ſed procedente tempore, acutior ac uirilior factus, tanquā ſimplici illa credulitate diſcuſſa, ueterator, & fabulas ueteres perpēdit, & ænigmatis reiectis philoſophiā detegēs, proprio illā nudauit ornatu, nudíſque rationibus eſt uſus: quæ tamen haud aliter à prioribus illis differunt, quàm harmoniæ figura. Nam opiniones deorū exordium ab antiquis ſumentes, à cunctis deinceps philoſophis receptæ ſunt. Quum poetas ac philoſophos dico, memento me Epicurum ab ratione tam poetica quàm philoſophica ſecernere. cæteros omnes aut ſimile aut idē habet negotium. niſi fortè putaueris Homerum in deos incidiſſe ſagittantes, differentes, ſacrificantéſque, aut alia omnia agentes quæ de*

*diis ipſe cecinit. Nam quantum ad Platonem attinet,
haud credere eum debemus Ioui occurriſſe auriganti,
& alato curru deuecto, aut ab exercitu deorũ ſtipato,
in undecim acies diſtributo ordinatóq;: aut quòd ueſcẽ
tes ſuperos uiderit in Iouis ac Veneris nuptijs, tunc quũ
Porus ac Penia congreſſi, clam Amorẽ genuerunt. Nõ
Pyriphlegethontem, Acherontem ac Cocytum ſpectaſſe:
non fluuios alios ſurſum ac deorſum aquam ignẽm-
que uoluentes: non præterea Clotho atque Atropon,
Parcarúmq; fuſos, uel etiã ſeptẽ ac uarias reuolutio-
nes uidiſſe. Sed & Syri poeſin conſidera, in eáque Io-
uem, Hecaten, Cupidinem, Ophionéique geniturã, deo-
rum pugnam, arborem, peplum. Quid Heraclitus? Dei
mortales, dei immortales. Ænigmatum denique ſunt
omnia referta, tã quæ poetæ quàm quæ philoſophi enũ
172 tiant: quorũ pudorẽ erga ueritatem laudandũ cenſue-
rim magis, quàm iuniorũ horum impudentiã. Quod
enim humanæ imbecillitatis captus manifeſtè percipere
nõ poteſt, ei⁹ eſt fabula modeſtior interpres. Quapropter
ſi poſteriores contendant, antiquioribus illis ſe acutius
uidiſſe, beatos eos tam acuti ingenij iudico: Sin uerò ma-
iorum notitiam minimè tranſgreſſi, eorum ænigmata
in manifeſtas fabulas uerterint, metuo nequis eos me-
ritò reprehẽdat, quòd ſecretas rationes peruulgarint.
Nam quem obſecro alium uſum ex fabula ſuſcipimus,
niſi quòd cortex ipſius rationẽ includit atq; exornat?
quod quidem deorum ſtatuis contingit, quas ideo aureis
& argenteis peplis circundant ſacerdotes, quo orna-
mentorum reuerẽtia, mortalium ſpem atque expecta-
tionẽ augeat. Audax nanque humanus animus exiſtẽs,*

quæcunque præſens ſpectat, his honorem parcius impendit, remotiora omnia magis admiratur: propterea ad inuiſibilia diuinatione accedens, ac ratiocinationibus mediis captans, quod quidem aſſequi non poteſt, id maximè conatur inuenire: quod ſi deprehendit, in eo, quaſi in opere proprio, conquieſcit. Hæc poetæ *cogitantes, fabularum ſtructionem inuenerunt, quam diuinis accommodarunt rationibus, rem quidem aperta obſcuriorem ratione, ænigmatis autem clariorem, æqualiter à ſcientia atque ignorantia diſtantem: propter iucunditatem, fidem ſibi uendicantem: propter admirationem, minimè creditam. ducẽtem præterea animum ad exiſtentium rerum inquiſitionem, remotiorũmque inueſtigationem.* In quo *hi uiri maximum operæpretium fecerunt, dum auribus noſtris inſidias commenti, philoſophiæ, nomine poetæ, inuidioſam rem ad eam artem traduxerunt, quæ maximè populum demulcæat.* Philoſo*phus enim ita grauiter & moleſtè à multitudine auditur, ut à pauperibus locuples, ut ab impudentibus temperans, ut etiam à pauidis ſtrenuus ſpectatur.* Haud im*puritas ſuſtinet uirtutem, niſi eam uiderit ſuperinducto aliquo fuco adumbratam.* Poeta *autem, mollis habetur, & multitudinem oblectat, utpote qui propter uoluptatem à populo diligatur, propter uirtutem nequaquã cognitus ſit.* Sicut *igitur medici, quũ faſtidientibus ægrotis porrecturi ſunt ſaporis amari medicamentum, dulci*
173 *ipſum liquore aſpergunt, atque adeo ſalutarem amaritudinem tegunt: ſic etiam illa philoſophia uetus, ſententiis ſuis, fabularum, carminum ac cantus amictu uelatis; antiquos illos animos cœpit, neque aliter quàm diſſimu*

lata

lata diſciplinæ moleſtia ad inſtitutionem illexit. Caue *etenim roges utri melius diuina tractarint, philoſophine an poetæ: uerùm potius, quaſi inducijs ac fœdere inter hæc ſtudia percuſſo, ueluti de una concordique arte conſidera.* Et *ſi philoſophum dicis, poetam pariter nominas: poetam dicis? philoſophum itidem nominas.* Nam *& ſtrenuos uocas,* Achillem, *qui aureo ac poetico illo clypeo uteretur: &* Aiacem, *quanuis ſcutum gereret ex corio bubulo confectum: uirtus utrunque in ordine fortium hoſtéſque terrentium locat: nihil refert hoc loco aut aurum huius, aut corium illius.* Comparato autem *& hîc menſurã ac cantum auro, ſolutam uerò orationẽ materiæ uulgari: neque aurum, neque corium conſiderato, ſed utentis uirtutem. dum ueritas in ſententijs maneat, quid refert utrum ea à poetis, fabulis carminibúſque dicatur? ænigmatis hærebo, fabulas ſcrutabor: neq; me cãtus ab ratione ſeparabit.* Vera dicat *philoſophus, quãuis nuda oratione, facilitatẽ traditionis libens excipiã, amabóq;.* At *ueritate ſublata, tam in poeta quàm in philoſopho, alienam à muſis feceris poeticen, orationéque, ſine ueritatis ſubiecto, meras fabulas feceris.* Idcirco *nulla fides erit aut poeticæ fabulæ, aut orationi philoſophi habenda.* Atqui *&* Epicurus *ſermones componit: ſed abſurdiores fabulis cunctis.* Quare *magis* Homero *crediderim de* Ioue *dicenti,* Qui *animas duorum fortium uirorum aurea in lanx ponderaret, alteram quidem* Achillis, *alterã* Hectoris: *ſubleuans libram dextera.* Intueor *uidelicet fatum uirorum horum conſentiens dextræ* Iouis.

Cor quoniam noſtrum minimè mutatur, eritque

Quod capite annuero ſine fraude, ac ſine carebit.

Nutum Iouis intelligo, quo uidelicet ſtat tellus, fluit mare, aer diffunditur, in altum nititur ignis, circunfertur
174 *cælum, creantur animantia, arbores naſcuntur. ex nutu Iouis, actiones, uirtus, fœlicitatéſque hominum pendent. Agnoſco præterea Mineruam, quum aut aſſiſtit Achilli, & ab iracundia retrahit: aut Vlyſſem in uniuerſis periculis tutatur. Apollinem itidē agnoſco, qui deus & muſicus & ſagittarius exiſtit: cuius delector harmonia, ſagittationem pertimeſco. Neptunus humum quatit tridenti. Mars cogit agmina. Vulcanus ærariam exercet, neque uni tantùm Achilli fabrilis uſus deſcribit ac cudit. Eadem & poetæ & philoſophi dicūt, in quibus, mutatis tantùm nominibus, & ſimilitudinem inuenias, & narrationem agnoſcas. Dic Iouem eſſe antiquiſſimam principémque mentem, quam uniuerſa ſequantur, cuíque eadem obtemperent. Dic Mineruam prudētiam. Dic Apollinem ſolem, Neptunum uerò ſpiritum, qui & terram & mare permeet, quorum etiam contentionem concordiámque gubernet. Si conſiderationem ad alia uerteris, nihil nō inuenias, quantum ad poetas attinet, nominibus, quantum uerò ad philoſophos, rationibus refertum. Epicuri uerò figmenta cui non fabulæ ſimilia dixerimus? Nam quis erit adeo ſocors diſſolutúſque poeta, idémque à diuinorum ſcientia alienus, Epicuro deterior? dum ipſe Epicurus deblatterat hoc pacto, Deus neque ipſe negotium obit, neque alij negotium facesſit. Quò mihi euadet eiuſmodi fabula? quomodo Iouem ipſum effingam? quid illum agere, aut conſultare dicam? cuiuſmodi in uoluptatibus uerſari? Bibit Iupiter*

apud Homerum: *uerùm & concionatur & conſultat, more regum conciones & conſilia pro regni cura habentium.* Nam & Perſarum rex *pro Aſiaticis rebus conſultat: pro* Græcia, *conſultat populus* Athenienſis. *Cõſultat item pro naui gubernator: imperator pro exercitu: pro ciuitate legiſlator.* Vtique *ut nauis & exercitus & tellus & domus ſalutem conſequantur, guber-*
175 *nator, imperator, legiſlator in negotio uerſantur: pro cœlo marique ac cæteris partibus, quiſnam, ô* Epicure, *conſultat? Quis aut gubernator, aut imperator, aut legiſlator, aut agricola, aut paterfamiliâs exiſtit?* At *ne* Sardanapalus *quidẽ negotio uacabat, qui quãuis clauſis foribus abditus maneret, quanuis cælato in lectulo cubaret, mulierum choro circunſeſſus, de ſalute tamen* Nini, *Aſſyriorúmque fœlicitate conſilia habebat.* Tibine *Iouis uoluptas languidior uidetur* Sardanapali *illius uoluptate? ô fabulas à fide remotiſſimas, & ab omni poetica harmonia abhorrentes!*

VTRVM ORANDVS SIT DEVS.
Sermo XXX.

PHRYX *quidam deſidis uitæ homo, pecuniæque appetens, ſatyrũ capit, ebrioſum, ut ait fabula, dæmonem, infuſóque in fontem mero, iã ante propter ſitim frequentatũ à ſatyro, ſatyrũ potat. precatur fatuus* Phryx *dæmonẽ captiuũ, precationem nimirum qualẽ aut hunc petere par erat, aut illum perficere: terram ſcilicet aureã fieri, aureas arbores, ſegetes, prata, pratorúmq; flores. Annuit ſatyrus. At ubi inaurata eſt terra, fames* Phryges *habebat:* Midáſq; *pro acceptis diuitiis anxius, palinodiæ in morẽ,*

preces auerſatus priores, nõ amplius Satyrum, ſed deos ipſos precatur, in ueterem illam, fertilem, omniferam ac fructuoſam paupertatem reſtitui, aurúmque in hoſtium capita recedere. Quúmq; hoc flẽs deos rogaſſet, nõ ideo conſequutus eſt magis. Lepiditatem fabulæ laudo, uiám que illam qua ad ueritatem incedit. Nã quid ea aliud innuit, quàm dementis hominis uotũ, nihil ſibi boni precãtis? precãtis uidelicet ut id acciperet quod paulo pòſt ſe accepiſſe pœniteret. Satyri uerò illaqueationẽ, uincula ac merũ idcirco poſuit fabula, ut inde intelligere
176 *eſſet, homines per fallaciam ac uim, appetitionum ſuarũ compotes effectos, offerre diis pro acceptis beneficiis munera, à quibus tamen beneficij nihil acceperint. Alienum nanque eſt ab ingenio dei, quæ non ſint bona, largiri: ac ea potius fortunæ ſunt munera irrationalis, ratione carentia. ut ſunt interdum blanditiæ ebriorum.* 17
Lydius uerò ille Phryge inſanior, nónne ipſe rogauit Apollinem pro euerſione Perſici regni, deumque ipſum ueluti dominum, captatorem donorum, auro multo tentauit? Quem quum audiret continuè reſpondentem,

Crœſus Halyn ſuperãs, magnam peruertet opũ vim:

Libens oraculum accepit, tranſmiſſóque Haly, Lydorum imperium euertit. Sed & apud Homerum, Græcum hominem precantem audio,

Iuppiter Aiacis da ſortem, vel Diomedis,
Diuitis aut etiam regis prodire Mycenæ.

Iupiter uerò huius perficit uotum:

Exiliitque viri ſors quam ſuperi voluere.

Priamum uerò pro patria orantem, oues ac boues immolantem quotidie Ioui, minimè audit, quum tamen Agamemnoni alienam terram inuadenti annuerit,

Mœnibus euerſis Troiæ vt remearet ad Argos.

Sed & Apollo non prius Chryſæ ſacerdoti pro acceptis iniuriis auxilium tulit, quàm apertè ei uoxarũ nidorem exprobraſſet. Tunc autem nouem continuos dies in exercitum Græcorum ſagittas emiſit, quæ mulos, canes & oues percuſſerunt. Quid hoc eſt optime poetarũ? helluonem ais deum, qui muneribus capiatur, & à gregariis hominibus nõ differat? Viſne hoc carmen probari, Flexibiles etiam ſuperi ipſi: an contrà potius non flectitur deus, & inexorabilis manet? Diſcedere enim à ſententia ac pœnitere, ne probo quidem uiro, nedum deo, conueniens eſt. ſiquidem mutabilis ac pœnitens uir, ſi ex deteriori conſilium mutet in melius, iam ante ſibi cõſultauerat prauè: ſin uerò ex optimo uertat in peius, prauè procul dubio commutauit. At deus nullam omni-
177 *no prauitatem agnoſcit. Aut enim qui rogat, dignus eſt quod petit, accipere: aut omnino indignus. Si dignus eſt, accipiet, etiam non precatus: ſin indignus, ne precatus quidem accipiet. Nõ enim qui ſit gratia dignus, propterea quòd omiſerit preces, efficietur indignus: ſicuti nec qui erat indignus, propterea quòd preces multas effuderit, habebitur dignus. Quin cõtra potius, dignus à precando abſtinens, minimè moleſtus quũ ſit, fiet etiam dignior: indignus, ob importunam rogationis moleſtiam grauis, indignior fiet. Et illum quidem, uerecundum ſimul ac fiducia plenum dicemus: (qui eo fiduciam ſuam probat, quòd etiã tacendo uoti compotem futurum ſe credat: uerecundiam uerò, propterea quòd compos minimè factus, quietus nihilominus futurus uideatur:) huic autem inſatiam ſimul ac prauitatem im-*

*putabimus, qui propter inſcitiam ſuperos precetur, pro-
pter prauitatem uerò minimè exoret. Fac deum uicem
imperatoris gerere, à quo calo quis locum petat armati,
at pugnare idoneus minimè petat: nónne illum pro mi-
litaris ordinis uſu, impedimentis dare operam iubebit,
t. idoneum autem pugnare, inter armatos locabit? Et im-
perator quidem uel ignorare, uel muneribus capi, uel
etiã decipi poteſt: deus uerò, quũ nihil eiuſmodi admit-
tat, neque precantibus præter meritum dabit, neque pe-
tentibus, ſi ita poſtulant, merita non dabit. Nã quæcun-
que mortales ſibi dari à diis petunt, dicet aliquis, aut
ex eorum genere ſunt quæ prouidentia reſpicit, aut ex
iis quæ neceſſitati ſubiacent fati, aut quæ miſcet fortuna,
aut etiam quæ gubernantur ab arte. Et prouidẽtia qui-
dem, diuinum penitus negotium eſt: fatum uerò, neceſſi-
tatis: ars, hominis: fortuna autem, libertatis arbitrij. Vita
etenim hominum, quaſi materia quædam in horũ ſin-
gulorum conceſſit officinam. Quamobrem quæ preca-
mur à diis, aut prouidentia perficit dei, aut neceſſitas fa
ti, aut hominis ars, aut fortunæ fluxus. Et ſi quidẽ pro-
uidentia perficit, quid opus eſt prece? Nam ſi prouidet
deus, aut uniuerſi prouidentiam habet, & negligit
partes, (regum ac principum more, qui ſatis habentes
pro ciuitatum ſalute leges ac iudicia ordinaſſe, ſingu-
larum rerum cura minimè tanguntur:) aut, ſi etiam re-
ſpicit partes, quidnam dicemus? Vis deum gerere curam
duntaxat uniuerſi? quid igitur ei negotium exhibes,
178 quum præter ſalutem uniuerſi, de propoſito dimoue-
re non poſſis? Nam ſi humani alicuius corporis mem-
bra, accepta loquendi facultate, quum eorum aliquod*

tentaretur à morbo, qui morbus pro uniuerſi corporis ſalute, inciſionem exigeret membri: ſi cætera, inquam, membra artem rogarent ut parceret membro: nónne putas AE*ſculapium ita reſponſurum eſſe rogantibus? Non ueſtra cauſa, ô infœlicia membra, perire uniuerſum corpus oportet, at potius perditis uobis ſeruetur uniuerſum.* Hoc *idem fieri, totius mundi ſalus expoſcit.* Tentantur *Athenienſes fame, quatiuntur terræmotu Lacedæmonij, alluitur Theſſalia, ardet AEtna.* Harum *tu rerum interitum, corruptionem uocas: medicus uerò, qui cauſam nouit, partes contemnit rogantes: totius ſalutem (cuius uniuerſi cura tangatur) intendens.* Verùm *quanuis partium curam habeat deus, ne ſic quidem rogare ipſum oportet: niſi ægrotos imitemur, qui ſuo ſenſu uel cibum uel medicamentum petant à medico: quod ſi ſalutem promittat, daturus etiã non petentibus ſit: ſi periculoſum, petentibus omnino negaturus.* Igitur *quæ ſecundum prouidentiam fiunt, neque petenda ſunt, neque etiam optanda.* Quid *autem de iis quæ ſubiacent fato? nónne magis irrideatur oratio, quando maioris negotij ſit fatum, quàm uel tyrannum uel regem exorare?* Fatum *nanque, tyrannicũ eſt, nemini parens, & immutabile penitus: quod, ueluti frænũ immittens hominũ gregi, ipſum uiolẽtiſſimè trahit, ac parere iubẽti cogit: quaſi quidã* Dionyſius *Syracuſanos, quaſi* Piſiſtratus *Atheniẽſes, quaſi* Periander *Corinthios, quaſi* Thraſybulus *Mileſios.* In *populari enim adminiſtratione lepor plurimum poteſt, poteſt ſuadela, poteſt rogatio, poteſt obſequium, poſſunt preces, poteſt ſupplicatio: in tyrannide autem impo-*

Q.iiij.

tens uis, non ſecus ac in bello, dominatur.

Serua me, quæſo, Atride prò munere digno.

Nos uerò qualibus muneribus fatum capiemus, ut noſmetipſos ab eius neceſſitate atque à uinculis aſſerere poſſimus? quónã auro, quóue obſequio? quónam ſacrificio, quibuſue precibus? quum nec Iupiter ipſe liberationis modum inuenerit, ſed queratur apud Homerũ,

Hei mihi, decrerunt dulcem Sarpedona natum
Fata, Menœtiadæ mortem debere Patroclo.

179 *Sed & Thetis queritur,*

Infœlix, heu heu, miſerique ego fœmina partus.

Huiuſmodi profectò fatum exiſtit, Atropos ſcilicet, Clotho ac Lacheſis, immutabile penitus, ac decreto quodã ſortitũ hominũ uitas. cur igitur aliquis oret inexorabile fatum? Sed nec in iis in quibus fortuna dominatur, precationibus utendum: quin potius in his præcipuè rebus omittendæ ſunt preces. Non enim cum dementi principe habendus eſt ſermo, cuius nec conſilium, nec iudicium, nec ſapiens motus, imperium gubernant: ſed potius iracundia, uoluntas præceps, irrationales habitus, ſtolidi impetus, ſuccedẽtes ſibi inuicem cupiditates dominantur. Tale enim quiddam eſt fortuna, irrationalis uidelicet, furioſa, improuida, ſurda, nullis omnino diuinationibus obnoxia, Euripi inſtar fluens, omni patens impulſui, gubernatoriæ prorſus artis impatiens. Cur igitur quiſquam tam infirmam rem, tam dementem, inæqualem, incommunicabilem precibus uexet? Reliquũ eſt ut poſt fortunam conſideremus artem. Quis erit igitur faber, qui, ut aratrum commodum efficiat, artis ipſe peritus ſuperos roget? Quis textor pro decora

chlamyde, aliunde quàm ab arte, auxilium petat? aut pro clypeo faber ærarius, aut pro fortitudine ſtrenuus, aut pro beata uita uirtute præditus? Quid igitur ſupereſt, pro quo rogandi ſint dij? quódque extra uel prouidentiã, uel fatum, uel fortunam, uel artem exiſtat? Pecuniam petis? noli deos laceſſere: nihil enim boni petis. Non etiam fatum: nihil enim neceſſarium petis. Sed nec fortunam obtundas, quæ indigentibus minimè ſubuenit. Nec præterea artem: audis enim Menandrũ dicentem,

Artes ſeneſcere haud videbis optimè,
Si non magiſtro ſeruiant lucripetæ.

Nũquid non ita ſe habet? Probus es? mores inuerte, funde ſcelestibus preces, ſtudioſus negotij eſto: ſicque per lenocinium, cauponationem, rapinam, ueteramenta, periurium, calumniam, munerum captationem, diues euades. Victoriã petis? hãc potes in bello opera mercenariorũ militũ obtinere, per ſycophantã in iudicio conſequi. Mercaturam quæris? at hanc uel nauis, uel mare, uel impetus uentorum præſtabunt. præſto adeſt forum: uænalis penitus res eſt. Quid propter hanc cauſam ſuperos uexes? Honeſtatẽ abiura, diuitiæ creſcent. Si Hipponicus ſis, uinces: ſi Cleon, ſi Melitus, in certamine ſuperior euades. Nam ſi ad precandos deos acceſſeris, exactum nimis ac ſeuerum iudicium petes: in quo deorũ nemo te feret aut ea rogare quæ minimè expediat optare: aut quæ non ſunt concedenda, concedet. Diſquirit enim atque examinat deus ſingulorum preces moroſe, uotáque hominum ad utilitatis dirigit normam. neque aditum præbet, ut fit in iudicijs, cupiditatibus hominũ miſerationem mouentiũ, Miſerere, clamãtium, inſperſũ

cinere caput, exprobrãtiúmque etiã, ſi opus fuerit, dijs,
Iucunda in templo ſi quo tibi tempore feci.
Quibus reſpondet deus, Si bona boni cauſa petis, cape.
quòd ſi dignũ te eſſe gloriaris, nihil opus eſt precibus:
nam & tacendo cõſequeris. At fortè Socratẽ dices ſup-
plicaturũ deæ in Piræum deſcendiſſe, alióſque ad idem
faciendũ hortatum eſſe. Quid mirũ? quum Socratis uita
nihil aliud fuerit quàm perpetua rogatio deorũ: quos
& Pythagoras & Plato precabãtur, ac quiſquis alius
deorũ amicus eſſet. Sed tu fortè putas philoſophi preces
eò ſpectare, ut à ſuperis petat bona quibus carere ſe pu-
tet. Ego uerò eas nihil aliud eſſe cenſeo, quàm conſuetu-
dinem cũ dijs, ac colloquium quoddã de præſentibus bo
nis, teſtimoniũmque uirtutis. Putáſne Socratem aut di-
uitias, aut magiſtratus Athenienſium à dijs contendiſſe?
Longè abeſt ut id peteret Socrates. Adorabat quidem
Socrates deos, ſed à ſeipſo uirtutem animi, trãquillita-
tem uiuendi, irreprehenſibilẽ uitam, & bonam ſpẽ mor
tis annuentibus ipſis capiebat: miranda nimirum dona
dignáque quæ tribuátur à dijs. Siquis petat à terra na-
uigationem fœlicem, ſiquis à mari fructuũ copiã, ſi quis
aratrum à textore, aut chlamydẽ à fabro: inanis om-
nino, indonatus ac repulſus abibit. ô Iupiter, Minerua,
181 Apollóque, humanorum morum inſpectores, philoſo-
phos uos oportet diſcipulos habere, qui ueſtram artem
ualidis animis ſuſcipientes, ſynceræ pulchritudinis ac
beatitudinis colligant meſſem. At perrarò eiuſmodi cul
tura exercetur, propterea aut uix, aut ſerò prouenit fru
ctus, in alijs interim atque alijs apparens corporibus:
quum tamen hominibus hoc quod tenue apparet, raro

atq; exiguo uitæ incentiuo opus ſit, ſicut & in profunda nocte, tenui opus eſt luce Exigua eſt enim humanæ naturæ pulchritudo, à qua, licet exigua, ſeruari cupiunt cũcta. Si philoſophiã de uita ſuſtuleris, huius exiguæ pulchritudinis fomitem penitus extinxeris, quæ ſcilicet ſpirat, quæ uitalis eſt, quæque ſola ueram adorationẽ intelligit. Veluti dempta è corpore anima, uitam omnino exciderís: dempto ſole de die, extinxeris diem.

DE VOLVPTATE, QVOD etſi bonum eſt, minimè tamen eſt firmum. Sermo XXXI.

DIFFICILE *eſt, iuxta ſententiam carminis uetuſti, bonum eſſe. Quæro utrum ea difficultas & ad equum & ad canem pertineat, pro ipſorum uirtute: an ſecus uterque non multo ſanè negotio ad proprium perueniat bonum: quin potius facilitate ſumma conuenientem ſibi uirtutem conſequatur, ſiquidem equus ritè exercatur ab arte, canis uerò tener adhuc, commodè uenationi aſſuefiat. Vnde potius intelligi detur, ſolum hominem eſſe, qui nonniſi ſummo labore atque incertitudine, bonum eiuſmodi uenari ac capere poſſit: nullam præterea artem apparere, per quam inſtitui poſſit hoc genus. Id ſi non fuerit uerum, nulla profectò relinquetur occaſio ſophiſtis certandi ac docendi, neque unquam accidet homini, ut ſit deſtitutus à ſpe propoſiti finis aſſequẽdi. Nemo abiiciet ſalutem, aut ob infirmitatem rationum, ambigua expectatione tabeſcet: nemo diſcendi curam deponet: non poſtremò patietur id malum, quod paratum eſſe ſolet iis qui uel ægrè ſuſtinent ſalum, uel tunc primùm pertentant*

fretum: quòd ſi eos mediocris fluctus exceperit, deſuetudine exterriti, deſerunt nauem, neglectóque artis reme
182 *dio, ſeipſos fluctibus dedunt, ante nauis interitum iacẽtes. Idem facere uidentur qui philoſophiam ingreſſi, quũ eius uarietati occurrerint, nequaquam ſuſtinent animi ſalum, ſed potius abiiciunt ſpem ad eam perueniendi rationem, quæ eos in ſtabilem ac tutum ſtatuat portũ. An ignoras, hominum opiniones, affectiones, emendationes, & harum cauſas, initia, ac ſalutẽ, pro quibus quotidie Philoſophi negotium gerunt ac diſſerunt, rem neque ſimplicem neque anguſtam eſſe, neque etiam rectifluos amnes imitantem: (quibus ſi cymbam permiſeris, nullum periculum ſit quin eam ſecundus fluxus agnitis itineribus traducat:) ſed contrà potius lati ac profundi maris ſpeciẽ gerere, quod nautas pluribus implicat erroribus quàm ipſum Siculum atque AEgyptiacum mare? Arti tamen cognitum eſt iter: quæ ſuſpiciens cælum, portus agnoſcit. uerùm ea id patitur interdum quod gubernatores permulti. Nam quum unuſquiſque ſcientiam nauticæ deſideret, plerique tamen recta ſcientia fraudantur. itaque minimè portus aſſequuntur: uerũ alij cautes duras, alij cœnoſa littora incurrunt: aliqui ad Sirenas ac Lotophagos, aut ad alios homines, uel inhoſpitales ob ſcelus, uel ob inſcitiam impios, uel uoluptate corruptos appelluntur. Quòd ſi cubi bonus minimèque aberrans gubernator inuenitur, is rectà ſubit tutiſſimum portum,*

Vbi vincula naues
Nulla tenent, vnco non alligat ancora morſu.

Quis igitur is eſt cui ſalutem noſtram committere poſſi-

nus? Caue, ô bone, ne prius me de eo interroges, quàm cæteros inſpexeris expenderiſque: & primũ ex ijs delicatum ac iucundum gubernatorem feſtiuiſſimæ nauis,
183 eam è terra aſpicienti, ſed tamen ad conficiendam nauigationem penitus inutilis, cõtumacis ſcilicet atque incommodi identidem obſequii, trunca ac mutila gerentis arma, ad excipiendos ictus undarum inualidæ, cedentiſque. Quando autem oratio noſtra neſcio quomodo maritimam imaginem deſumpſit, nequaquam hãc diſſuadere ſinamus, donec integram abſoluerit picturam, Epicuri philoſophiam comparando AEetæ regis prætoriæ naui: de qua tamen loquens, haud fabulã narro. Nõ lõgè ab hoc tẽpore rex quidã earũ gentiũ quæ ſupra Phœnicẽ incolũt, neq; mare nouerũt neq; Iouẽ cogitant uel deos, ex AEgypto ſoluens nauigabat ad Troiam. Is, ut erat deorum & maris ignarus, profutura nauigatione latiſſimam nauem comparauerat, quæ uidelicet ſatis eſſet ad uniuerſas ſimul uoluptates deportandas. eius enim alia pars aſſurgebat in regiam, in qua conſpici thalami lectis inſtratis, & geſtationes pulcherrimæ uiſebantur. Egreſſis autem limen, pomaria occurrebant longè latéque porrecta, malis conſita punicis, piris, uitibus, pomiferiſque plantarijs: aliam uerò nauis partem balnea cum gymnaſio occupabant. Erat præterea hîc quidem popinam cernere, illic concubinarum luſtra, illic cœnacula: nullæ denique deerãt luxurioſæ urbis turpiſſimæ officinæ. Sed & eadem nauis iucundis coloribus undique depicta, gratiſſimum aſpectum præferebat, aurum atque argentum permultum oſtentabat: neque inter eam ac pauidum hominem aureis armis

ornatum quicquam fermè intererat. Quamobrem admirantes AEgyptij tam nauem, quàm uectorem, beatiſſimum ducebant. Neque deerat fortè qui cuperet ad tã feſtiuæ nauis obſequium adſcribi. Vbi uerò ſoluendi tẽpus aduenit, tam uaſta illa atque ſumptuoſa nauis mouẽs egreſſa eſt portũ, effigiem gerens inſulæ fluitãtis: ſimúlque uulgares aliæ naues expeditæq; , & ad uſum nauigationis probè inſtructæ, itidem ſoluerunt. Donec autẽ leniſſimus uẽtus aſpirauit, regia illa nauis uoluptatibus huiuſmodi ſuperior erat. Itaq; nidore, tibijs, fiſtu-

184 *lis, celeumatíſque cõcentu omnia opplêrat. Vbi uerò ex ſerenitate, repẽtina oborta tẽpeſtas aerẽ immutauit, uẽtúſq; ualidus non ſine multo ſtrepitu incubuit, tunc primùm cognitum eſt quantum inter uoluptatis atque artis uſum intereſſet. Nam cæteræ naues uela contrahentes, fluctibus undarũ reſiſtebant, uentum perferebant, infortunium arte pellentes: quum interea nauis illa infœlix circunquaque fluctibus iactaretur, perinde ac uaſtum hominis corpus, quũ uino ſomnóque grauatum, præ ebrietate labantibus ueſtigijs incedit. Neque enim uel gubernator, uel delicata illa multitudo, quatenus artem exercœret, ſatis ſciebant: ſed omnes ſimul inopinato malo perterriti, lugentes iacebant, proſtrauerat tempeſtas omnia illa admiranda:*

Vaſtas nanque trabes iecit radicibus imis.

Euerſa regia erat, thalamíque cum ipſis balneis euerſi, huiúſque urbis naufragia iam ad terrã appulerant fluctus.

Hos piceam circa iactantes membra carinam,
Meta tulit nigris ſimiles cornicibus vnda.

Hũc exitum habuit demens ille inſcenſor inutilis nauis, importunúſque luxus. Sed reuertamur ad eam orationem, cuius cauſa ſuperiorẽ imaginem depinximus. Hæc enim diligenter inſpecta, uidetur haud breuem quandã nauigationem, neque paucorũ dierum curſum peracturis nobis, ſed potius uniuerſæ uitæ tempus, uoluptates decernere ac inſtituere haud quidem longius maritimus illis à periculo diſtantes. Nulla tamẽ ratio me ita inſtituet, ut putem uoluptatem ipſam bonũ non eſſe: licet ſanè perſuadendi ſtudio, quantumlibet uires ſuas intendat. Quòd ſi mihi animum immutare non poſſit, facilè patiar per omne tempus cum uoluptate uerſari, uel ipſius uirtutis minimam rationem habiturus, hac tamen lege, ſi uoluptatem ſcilicet oſtenderit periculi ac doloris eſſe immunem, quæque nec ſubeunte pœnitentia crucietur, & laudis præconia mereatur. Verùm nihilo plus, opinor, de uoluptate diſſerẽs, quàm de dolore ipſo, peruincet. Nihil enim penitus horum natura ſtatuit ad homines aut ſanũ aut ſyncerum peruenire: ſed ubique moleſta iucundis permiſcens, alterum cum altero cõfundit, uſqueadeo ut neceſſarium ſit eum qui alterum eligat, alterius ſtatim participẽ fieri. tanquam enim natura congenita ſint, alterũ ad alterũ uergit, reciprocóſ-
185 *que ortus mutuatur, ac uiciſſim uitam permutant. Quũ igitur huiuſmodi fluxus reciprocatio animũ uerſet, quo modo unquam effici poſſit ut is indolentiã aſſequatur, qui quum prius in bonis uerſaretur, ea ipſa paulo pòſt amiſerit bona? Ego cur mari habeã fidem, quãuis uẽtus minimè perflet, ſed tranquillitas latè dominetur? nimirum ſuſpectam habeo eiuſmodi quietem. Vis tranquilli-*

tati ut credam? Age, mare ipſum oſtende nulli eſſe obno-xium periculo,

In quo non hyemis violentia, nec malus imber,
Lucidus at ſemper micat atque innubilus æther.

Sorte enim quadam, eiuſmodi affectioni addictus eſt animus, quæ donec uel rectore caret uel arte, ex tranquillitate tempeſtatem ueretur, in tempeſtate tranquillitatem requirit. Viri eius uita qui ad uoluptatem propenſum animum gerit, dolorémque formidat, leuis eſt, & ſonos omnes, quãuis tenues, perhorreſcit, infida, & omni incertior ſalo. Non uides Homericos procos, ut iuuenilibus occurrãt uoluptatibus? pingues cibos ut edãt? ut ſibiipſis mollem luxuriam affatim indulgeant, tibijs operam dãtes, uinum miſcentes, diſcis ſeſe oblectantes, iaculum torquentes? Quis non huiuſmodi uiris uoluptatem inuideat? Veruntamen uir uates futurique optimus coniector hæc ait,

Ah miſeros, quorum caput ignorantia texit,
Ne damnum quod non ſentitis, ſcire queatis.

Ante pedes infortunium iacet, propinquúmque eſt. Id ipſum Alexandrum, illum admirabilis uoluptatis ex Peloponneſo raptorem manebat. Confeſtim nanque extructa eſt Græcorum claſſis, quæ huic tam cupido uoluptatis ſectatori infinitas ærumnas, neque ipſi duntaxat, ſed uniuerſis ciuibus ſuis deportaret. Taceo uoluptates Aſſyrias, quas omnes uniuerſo cum auro pellicibúſque ipſis ignis ſtatim abſumpſit. Taceo itidem Polycratis Ionicas delicias, quas etiã nex indecora deſtruxit. Referta Sybaris erat uoluptatum cunctarum: at neque illis, neque utentibus ipſis interitus pepercit. Syracuſani

denique

186 *denique plurimi uoluptatem faciebant, uerùm calamitatibus admoniti, redierunt ad frugem. Corinthij nequaquam faciebant.*

QVOD VOLVPTAS ETSI bonum, non tamen firmum. Sermo XXXII.

AGGRESSVS *eſt proximus atque odioſus ſermo huiuſmodi nos perſuaſione tentare, uoluptatem uidelicet uacuam periculo eligi oportere. Planè ſophiſticus ſermo, planè grauiſſimus deceptor, qui quũ conſiderare deberet quẽ potius ordinem chorũmque uoluptatis natura, quatenus uoluptas eſt, ſequi deberet, bonorũ ne, an potius malorũ: quaſi iam cõſideratio euicerit, uoluptatem in ordine bonorũ locandam eſſe: ſubinde quærebat à nobis, utrũ eiuſmodi bonũ quaſſari nõ poſſet. At quodnam bonũ intelligat quis lubricũ ac mobile? Quemadmodũ enim (ut opinio fert mea) qui à tota terra firmitudinẽ ac ſtabilitatem demere uelit, is etiã auferat eſſentiam terræ: & qui ſimiliter auferat à ſole motum atque ambitum circa terrã, auferat etiã ſubſtantiã ipſius: ita quoque qui de bono perfectionem atque firmitudinẽ detrahere conetur, propriã utique detrahat naturam. Etenim nullum omnino eſt tempus, quod bonum ipſum ad florem perducat, quemadmodum corporis decorem. Iam uerò quis ita uoluptatem conſiderat, ut quum eam coniunxerit cum bono, nihilominus ipſi firmitudinem deroget? Si enim neceſſe eſt, ut id quod eſt bonum, ſtabile etiam ſit: utique ſi ſtabilitas à uoluptate diſcedat, bonum quoque pariter diſcedet. Vter igitur horũ ſermonum ad perſuaſionem magis*

accedit? iſne qui uoluptatem contendit bonum cēſeri o-
portere, quanuis idem infirmum? an potius ille qui di-
cit, quod firmitudine caret, id bonum nequaquam ha-
bendum eſſe? Equidem *opinor eum uerius loqui qui à*
uirtute abdicans bonum, huic tamen bono firmitudinem
concedit, quàm illū qui uoluptatem inter bona connume-
rans, munitam tamen eam contra pericula non ſatis
arbitratur. Quando igitur bonum, non omnino iucūdū,
ſed tamen undique eſt firmum: & quod iucundum eſt
non omnino eſt bonum, ſed penitus infirmum: ſequitur
alterum duorum, ut uel qui uoluptatem ſectantur, bonū
contemnant, uel qui bonum ſequuntur, uoluptatem a-
ſpernentur. At *ego ita opinor, nihil prorſus eſſe quod*
ſectatores inuitet, præterquam bonum. Quanquam ſæ-
187 *pius accidit ut ſpecies boni, quanuis à bonitate remo-*
ta, loco tamen ueri boni capiat multos: iuxta ac nummu-
larijs accidit, qui interdum adulterinum nūmum repo-
nunt, non propterea quòd talem ſeligere expediat, ſed
quòd ueri ſpeciem gerens, diſſimulatam prorſus habeat
naturam adulterini. Verùm *quemadmodum qui pro-*
bandorum nūmorum ſcientiam habent, utique ſciunt 11.
ex arte falſos diſcernere à ueris: Ita *etiam in bonorum*
diſtributione quædam ratio conſiſtit, quæ ſciat à ueris
bona ea ſegregare, quæ quidem bonorū ſpeciem geren-
tia, bona tamen nequaquam exiſtunt. Sed *fortaſſe falle-*
mur, perinde ac nummularij illi inepti, dum pro ueris ac
probatis adulterinos theſauros aſſeruant. Id *ne contin-*
gat, quam denique conſiderationem, aut quem proban-
di modum capiemus? Age, *ſi quis bouem ſoluens ab ara-*
tro, aut equum à curru, alterius quidem negotiū tranſ-

*ferre ad alterum conetur, atque adeo bouem admo-
ueat currui, aut equum aratro, dic, nónne is ſimul na-
turæ præuaricator exiſtat? ſimul iniuriam hiſce anima-
libus faciat? artem ignoret? compendiũ nullum referat?
in adminiſtrandis denique huiuſmodi ſtudijs, ridiculũ
ſe exhibeat? Age uerò, nónne etiam abſurdior erit, qui
aues, inciſis alis, uelit greſſibiles facere, hominem uerò
coaptatis alis, aeri tanquam auem deferendum commit-
tat? Quando ne fabula quidem Dædalum ferre potue-
rit tam abſurdis artibus operam dare, ac eius filiũ ex
æthere ad terrã una cũ ipſis alis præcipitem egerit. Fer
tur Carthaginẽſis adoleſcens, catulũ leonis paulo antè
ab uberibus matris depulſum, uenatione cepiſſe, húncq;
haud legitima educatione, cicurẽ feciſſe, extinguens uide-
licet belluæ furorem, degeneri quadam conſuetudine ui-
uendi, uſque adeo ut ſarcinis impoſitis aſelli modo per
urbẽ ageret. At ipſum Carthaginenſes necauerunt, le-
gem uidelicet indignantes ab eo uiolari, qui tyrannus
natura, priuatum tamen ſe faceret fortuna. Quemadmo-
dum igitur genus equorum ad ſui ipſius conſeruationẽ,
118 ſortitum eſt currendi pernicitatem, boum generi labores
dati ſunt, alæ auibus, leonibus uires, aliiſque aliud a-
nimalibus: Ita etiã hominum generi peculiarem natura
potentiam indulſit, qua ſeipſum tueretur. Hanc opor-
tet aliam eſſe ab animalibus ſingulis. homo ſiquidem ſa
luti propriæ conſulturus, neque uiribus confidere po-
teſt, quemadmodum leones: neque rurſus uelocitati,
quemadmodũ equus: neque oneri ferendo, ut aſini: neq;
arationibus, ut boues: neque uolatui, ut aues: neque na
tationibus, ut piſces: Verùm & is proprietatẽ quãdã ac-*

*cœpit, qua uitam ſuã à cæteris diſtinguat: quando ani-
malibus cunctis ſingulæ diſtributæ ſunt potẽtiæ, uide-
licet ſingulis pro neceſſario uitæ uſu. Quamobrem ſin-
gulorũ functiones, proprias potentias ſequuntur, inſtru-
menta uerò ipſas functiones ac bona. Ad ſummam, ſingu
lorum animalium bonum in natiuis operibus conſiſtit, o-
pera autem in neceſſario uſu, uſus in facilitate potentiæ
exercendæ, potentia in aptitudine inſtrumentorum, in-
ſtrumenta in uarietate naturæ. Etenim natura uarieta-
te delectatur: quare animalia ſingula diuerſis penitus
armis ad tuendã ſalutẽ & munit & exornat. Nõnulla
ſcilicet ualidis unguibus, aliqua dentibus robuſtis, cor-
nibus acutis, pernicitate pedum, ardore denique iræ
ac ueneno. Hominem uerò quum huiuſmodi ſpoliaue-
rit telis, edidit nudum, edidit glabrum, edidit imbel-
lem, tardipedem, ſine facultate aliqua uolandi, ad na-
tationem admodum ineptum. At huic latentem indidit
fomitem ad ſalutem conſeruandam, quem homines men
tem appellarũt: in qua perpetua ac ſalutaris potentia
conſiſtit. Hæc uerò ipſa uitæ egeſtatibus ſuccurrit, corpo
ribus in indigentijs ſubuenit. Artificioſè demũ peculia-
ria cæterorum animaliũ munera cõpenſat, fitque om-
niũ princeps ac ductor, non alio ſanè præſidio, quàm
huius mentis ratione ac lege. Si me roges quid de homine
ſentiam, quomodóque ad eius bonum ducenda ſit conſi-
deratio: reſpondeo id quod uel de leone, uel de auibus,
uel de cæteris animalibus reſpondi. Quære ibi homi-*
189 *nis bonum, ubi uidelicet uideris negotium hominis uer-
ſari. At ubi negotium uerſatur? nempe illic ubi eius &
inſtrumentum. At inſtrumentum ubi? nimirum ubi ſti-*

mulus apparet: hinc initiũ cape. Quid eſt id quod homi nem ſeruat? uoluptas inquam. Communem rem loqueris, & quæ ad uniuerſas naturas ſe ferat. Itaq; cæteris animalibus anteferri hominem in honore non dederim, quando non ad hunc ſolũ, ſed & ad bouem, ad aſinum, ad ſuem, ad ſimiam pertineat uoluptas. Quò tandem ſtatuis hominum genus? quos huic bonorum conſortes aſſi gnas? Si uoluptas ſalutarem potentiam gerit, quære deinceps quodnam ſit uoluptatis inſtrumentum. opinor multis ac diuerſis occurres: uerùm non ultra oculos atque aures, inſtrumentis habendus eſt honos. Quòd ſi terminos hoſce tranſgreſſus, alias uoluptatis uias ingrediaris, unde cuiuſmodi inſtrumentis ſalutem referas acceptam. Tenes inſtrumenta? functiones eorum expende. helluetur lingua, tabeſcant oculi, diſſoluatur auditus, infarciatur uenter: cætera uerò pro petulantia ingenita contumeliam exerceant. Habes itaque inſtrumentorum functionem: bono, quod antè quærebas, occurriſti. Ain uerò id ſalutem? id fœlicitatem hominis uocas?

QVOD VOLVPTAS ETSI bonum ſit, at infirmum.

Sermo XXXIII.

A ESOPVS *Phryx ex ferarum perſonis com poſuit ſermones, mutuámque earum inter ſe conſuetudinẽ effinxit, arborum præterea ac piſciũ, diuerſorũ quidem generũ cum generibus diuerſis, atque eorũ quidem cum hominibus colloquia induxit, quorũ ſingulis admixta eſt ſententia breuis, quæ ue ritatem aliquam ſignificet. In ijs fabulã narrat huiuſ-*

uitæ poſſideat, eiuſq; amator effectus, doloribus indî-
cat bellũ: ut pote qui per uoluptatem ſeipſum conſeruet,
per dolores uiciſſim corrũpatur. Quòd ſi uoluptas abie
ctum quid ſit, nunquã ea nobiſcũ congenita, neque etiã
eorũ quæ nobis aſtruũt ſalutem, uetuſtiſſima eſſet. Nam
ex quibus eam celebrãt ſophiſtæ, ut eſt Sardanapali lu
xus, ut Medica mollities, ut deliciæ Ionicæ, Siculæ men
ſæ, ſaltationes Sybariticæ, Corinthiæ meretrices: eiuſ-
modi ſimul uniuerſa, & quot præterea ijs magis uaria
ſunt, minimè uoluptatis ipſius opera exiſtunt, ſed potius
artis ac rationis: quũ interdum homines propter artiũ
affluentiã, procedente tẽpore, uiolent legẽ uoluptatis.
Vt enim nemo rationẽ accuſat, quaſi natura nõ bonum,
tametſi eius uſum aliquis trãſferat ad id quod natura
191 *nequaquã eſt bonum: Ita etiã uoluptas accuſari non de-*
bet, ſed illi potius qui uoluptate ipſa abutuntur. Duobus
igitur exiſtentibus in hominis animo, uoluptate ſcilicet
ac ratione: ſi uoluptas ratione temperata, nequaquã ſe
à neceſſarijs uſibus abducat, amabiliorẽ utique reddit
rationem: ſin uerò ratio uoluptatibus adueniẽs, præ ni
mia copia earũ extulerit modũ, ab naturali illa delecta
tione neceſſariũ adimit. Veruntamen nõ unius hominis
tantùm uoluptas peculiaris eſt poſſeſſio, ſed cæteris etiã
animalibus cõmunis. Hoccine ais uoluptatis ſalutiferæ
firmiſſimum exiſtere ſponſorem, quod uniuerſa tuetur,
quæcunquæ natura ad accipiendam uitam creauit? An
te communicatio illa uulgaris perturbat, quòd uni tibi
nimium ſtudes? Solis lucem propterea non amas,
quòd cunctis ea ſit oculis expoſita: quaſi ſolum hominem
oporteat lucem intueri: quæ quoniam cæteris anima-

libus patet, idcirco homini bonum non ferat. Eadem ra*tione repudias aerem, qui corpora cõmuniter inſpiret, ac permeans regat, copiã præterea fluminum terræque fructus? Quòd ſi neceſſaria omnia expendas, communem in ijs omniũ uſum inuenias, nullius rei unquã proprietati addictũ. Scin' ubi uoluptatem ſtatuere debes? In cõmunione uidelicet boni quod uniuerſam ſenſibilẽ naturam cuſtodit. Verùm quando uirtutis ad uoluptatem comparatio propoſita eſt, minimè profectò committam ut conuitio uirtus offendatur. haud enim amarum maledicúmque eſſe decet ſermonem cum qui de uoluptate habeatur. Hoc tantùm dixerim: quiſquis iucunditatem deroget uirtuti, eũdem huic ipſi pariter uires præcidere uirtuti. Nihil enim in uniuerſo genere bonorum, non hominum ſtudia repellat, quod uoluptate uacuum ſit: quando & qui ſecundum uirtutem libens it obuiam laboribus, uoluptatis id faciat cauſa, ſiue ea præſentem ſe præbeat, ſiue præmittat ſpem. Vt enim nemo congerendæ pecuniæ ſtudio drachmam ſponte cum talento permutet, aut aurum cum ære, niſi cui mentem eripuerit Iupiter, ſed oportet permutationes ipſas, ſi quidem ſint æquilibres, permutatori ipſi non eſſe inutiles, pro uſu tamen eius, qui rem capit, accommodatas: Ita etiã nemo eorum qui laboribus congreditur, laborum deſiderio laborat (quandoquidem hæc faciens, miſerabili amore teneretur) ſed præſentes labores, ut rudiores quidam opinantur, mutat cum honeſtate: ut autẽ illi ſentiũt*

192 *qui uerius iudicant, cum uoluptate commutat, quum ſi dixeris pulchrum, uoluptatem pariter dixeris: quando fruſtra pulchrum exiſtat, quod iucunditatis eſt carens.*

Ego uerò putauerim iis rationibus contrarium omnino demonſtrari, uoluptatem uidelicet eſſe ex cunctis rebus maximè ſequendā: cuius cauſa quis libens oppetat mortem, uulnera, labores, ſexcentáque alia odioſa ſuſcipiat. quarum rerū quantumuis aliud ſuper aliud cauſæ nomē aſſignes, ut in Achille libēter mortē oppetēte atque ulciſcēte necē Patrocli, amicitiā: in Agamemnone uigilāte, cogitante ac bellū gerente, regiā curam: in Hectore exercitum ducente, pugnante ac uictore, patriæ ſalutem: quid autem nónne uniuerſa hæc omnia dicis nomina uoluptatis? Nam quemadmodū in corporis morbis accidit, ut qui laborat, interdum inciſionibus, uſtionibus, ſiti, inediæ, aliiſque naturæ infeſtis ſeſe offerat libens, quibus ſcilicet malis ſanitatis redimit ſpem: & ſi ſpem futuri abſtuleris boni, abſtuleris pariter electionē præſentium malorum: Ita etiam in negotiis humanis, uoluptatum fit cum laboribus compenſatio. quam tu quidē uirtutem appellas, egóque uirtutem eſſe concedo: uerūtamen te rogo utrum animus uirtutem amplexetur, niſi cum ea amicitiā gerat. Et ſi fateris inter uirtutem atque animum intercedere amicitiam, uoluptatem pariter fateris. Permutes quantumlibet nomina, gaudiúmque pro uoluptate reddas, haud tibi copiam nominum inuideo, rem potius uideo, uoluptatémque ipſam agnoſco, quæ Herculem illum multorum atque admirabiliū laborum familiarem certatorem domeſticúmque effecit, expoſitum belluis, aduerſus tyrannos emiſſarium, ferorum hominum euerſorem, telluris manſuefactorem expiatorêmque, ad OEtámque montem atque ignem accedentem, nulla alia re præterquam admirandis

ac puris uoluptatibus deductum: quarũ aliquæ in me-
193 *diis laboribus præſentes erant, aliæ poſt exanclatos la bores expectabantur. Eiuſmodi ſcilicet pericula ut libẽs obiret, uoluptas ipſa effecit. at tu labores in* Hercule *tantũ m intueris, uoluptates quibus oblectaretur, minimè uides: quum tamen* Hercules *eiuſmodi facinora ædens, uoluptatem ſentiret, ob quam talia æderet, haud alioqui æditurus, niſi ea illi interdũ delectationem attuliſſent.* Bacchi *uoluptates ſacrificij obtinẽt locũ, comeſſationes, thyaſi, chorus, tibiæ, cantus, hæc ſcilicet omnia* Bacchi *uoluptates effingunt in myſteriis celebratas.* Sed *quid ego* Bacchum *atque* Herculem *narro? quorũ ſunt omnia aut commentitia, aut* Heroica. Socratem *affero.* Amas Alcibiadem, *ô* Socrates, *poſt* Alcibiadem, Phædrum, Charmidem *poſt* Phædrum: *neque te latet* Attica *pulchritudo. cuius rei cauſam nihil eſt quod uerearis confiteri, infamiæ metu: quandoquidem poſſit uoluptas cum temperantia in amore coniungi, poſſit etiam cum triſtitia & dolore impudenter ac flagitioſè amari.* Quòd *ſi abſque uoluptate dũtaxat animum amas, corpus non amas: cur* Theætetum *non amas? nempe quòd ſimus: cur* Chærephontem *non amas? nempe quòd pallidus: cur* Ariſtodemum *non amas? nempe quòd deformis.* Quóſnam *igitur amas? eos ſcilicet, quos aut coma, aut decor, aut lenitas, aut forma commendarent. atque ſic ut penitus credo te uirtutis amatorem eſſe iuſtiſſimum, ita non dubito quin ipſum quoque animum ames ob uoluptatem.* Neque *enim corpori non credo quod calet igni, non oculis ſole illuſtratis, non auribus quas tibia demulſit, nõ* Heſiodo *à* Muſis *edocto, nõ* Homero *à con-*

centu Calliopes erudito, nē Platoni ab Homero magnifi-
cato. Prorſus hæc omnia à uoluptate trahūtur, oculi, au-
res, corpora, atque ſermones. Sed & Diogenem illū quid
aliud quàm uoluptas coniecit in dolium? & ſi eum pa-
riter impulit & uirtus, cur uoluptatē de ratione deturbas?
Haud minus iucundè Diogenes uſus eſt dolio, quàm
194 Xerxes Babylone: haud minus ſicco pane, quàm condito
iure Smendyrides: haud minus fontibus undecūque ſcatu
rientibus, quàm Choaſpe Cābyſes: haud minus etiā ſole,
quàm purpureis amictibus Sardanapalus: haud minus
libenter baculum geſtauit, quàm haſtam Alexander:
haud præterea minus mactram dilexit, quàm theſau-
ros Crœſus. Quòd ſi uoluptates cum uoluptatibus cōpa-
res, ſuperiorē in iis longè Diogenē inuenias: quandoqui
dem uoluptates illorum, etſi iucunditatem haberent,
nunquam tamen fuerunt à dolore ſeparatæ. Angitur
itaque Xerxes ſuperatus in pugna, luget Cambyſes uul
neratus, flet Sardanapalus exuſtus, lachrymatur Crœ-
ſus captus in pugna, dolet Alexander bellare prohibi-
tus. At ſunt uoluptates Diogenis, luctus omnino, gemi-
tus, lachrymarū ac doloris expertes. Tu qui uoluptates
Diogenis, labores appellas, eū ex improbitate ingenij tui
metiris, qui rebus iis ex quibus Diogenes uoluptatē ſen
tiret, acciperes dolorem. Auſim ego hoc affirmare, nemi-
nem tā exactè uoluptatem adamaſſe, quàm Diogenem,
qui familiam non pauit: odioſum eſt enim familiam
regere. Ciuilē administrationem minimè attigit: anxiū
nimirum negotium. Haud expertus eſt nuptias, qui de
Xanthippe audiſſet. Liberis educandis haud operam
dedit: qua in re grauia multa perſpexiſſet. Verùm mo

leſtiis omnibus pulſis, liber curis, metu doloréque ſolutus, uniuerſam terram paſcebatur, perinde ac ſi ea uni ſibi, uelut una domus, attributa fuiſſet, patentibus, incuſtoditis atque affluētibus hærens uoluptatibus. Diogenem mittamus, ac potius ſermones uertamus ad legiſlatores, politiáſque ipſas expendamus: dum tamen minimè reris me ad Sybarim iturum, aut molliſſimos Syracuſanos uelle recenſere, non uoluptarios Corinthios, non diuites Chios, non Leſbios optimi uini poſſeſſores, non Mileſios pretioſis ueſtibus utentes. ad principes ipſos accedo, Athenienſes ac Lacedæmonios expendo. Et in Lacedæmoniis quidem uerbera, plagáſque, diurnas uenationes, curſus, tenues cœnas, gramineos toros cōſide
195 rans, earum rerum delectationem agnoſco. Euge Lycurge, ita paruis laboribus uoluptates magnas opponis: ac minima dans, recipis magna: pro diurnis ſcilicet laboribus perpetuas uoluptates accipiēs. Quaſnam Spartiacas uoluptates narrabis? ſine mœnibus urbem, liberā metu, ab igne intactam, hoſtiles uultus, peregrinos clypeos nūquam intuitam: quæ nec luctum, nec minas audierit. Quid enim homines peius exagitet quàm metus? quid ſeruitute moleſtius? quid neceſſitate durius? à qua ſi ciuitates tentari non ſinas, uni quidem rei permultas uoluptates opponas. Huiuſce uoluptatis Leonidas alūnus fuit, eiuſdem Othryades, Callicratides, qui quidē neci obuiam euntes, honeſtè obierunt: quales uoluptates ſequentes? utique cædūtur membra, ut uniuerſum corpus ad ſanitatem deducatur. Spartæ membrum Leonidas fuit, qui pro uniuerſa occubuit Sparta: membrū itidē & Othryades, & Callicratides. Itaque inciſione

minimi membri, patriæ uoluptates ſeruatæ ſunt. Nam *quid oportet* Athenienſium *facta memorare? quorum ciuitas omnis celebritatum & hilaritudinum referta eſſet. nulla enim pars anni uoluptatis alicuius ſorte care bat.* Ver *quidem* Dionyſia, *myſteria* Autumnus, *alius denique deus tempeſtatem aliam habuit.* Panathenæa, Scirrophoria, Haloa, Apaturia. Et Athenienſes *quidem claſſe decertabant, domi uerò feſta celebrabant.* Terreſtrem *ineunt pugnam, feſta ducũt in inſula.* Sed *neque bellum ipſum, quod quidem triſtiſſimum eſt, uoluptate uacuum fuit.* In *huius nanque uſum* Tyrrhenicam *tubam, triremicam tibiam cantúmque ad pugnam incitantem excogitarunt. Affluentiámne agnoſcas uoluptatum?*

QVIS SIT PHILOSOPHIAE finis. Sermo XXXIIII.

MAGNI *negotij eſt ad rationem uerã peruenire. quò enim maior ingenij uis eſt, eò maiorẽ humanis animis iudicandi parit anguſtiam.* Quamobrem *quum cæteris artibus contingat, ut ad inueſtigationem procedentes, inuentionẽ quotidie exacuant, qua ſingulæ peritius propoſitũ opus attingunt, ſola philoſophia huic periculo ſubijcitur, ut quò*
196 *uberior eſt, eò magis aduerſas atque æquilibres effundat rationes.* Similis *in hoc, agricolono, qui, quum maiorem inſtrumenti ruſtici copiam poſſideat, agello tamen infructuoſiore utatur.* Sanè *ciuilia iudicia & ſuffragia & iudicum conſeſſus & oratoris ingeniũ dirigunt: nos uerò qualem ſortiemur in præſentia iudicem? quóue ſuffragio diiudicabimus uerum?* Num *rationem di-*

ciſ?At nullã inuenias, quæ aduerſaria careat. An magis affectiones? hui, quàm infidum iudicem narras! Multitudinémne? quaſi mortalium pars maior nõ caliget inſcitia. Quid igitur? nũ ad opinionũ iudiciũ hoc deferes? at huius quoq; pars maior deterioribus capitur. Quapropter quum in præſenti conſideratione, inter uirtutẽ ac uoluptatem certamen propoſitum ſit, uoluptas ui ſua uirtutem expellet: quum apud opinionem, maiorem authoritatem obtineat: ac multitudinis teſtimonio, meliori utatur cauſa: in affectionibus poſtremò dominetur. Supereſt ut nullum aliud uirtuti præterquam ad rationem perfugium pateat. Hæc quoque haud integra eſt, ſed ſcinditur in partes: quarum aliqua patrociniũ ſuſcepit uoluptatis: de qua pulcherrimè neſcio quis diſſerens, uirtutẽ deprimere uidetur, principatúmq; à uirorum ſenatu ad conclaue mulierum trãſferre. ſed & habitum philoſophi ſumit, & nomen ad ſe putat pertinere. Aufer, obſecro, mi homo, philoſophi nomen rationémque. An nõ animaduertis diſputationis totius te fundamenta peruertere? Quid enim philoſophiæ cum uoluptate commune? quarum alterius ſectator, philedonus, id eſt uoluptatis amator, alter, philoſophus uocatur: nec minus alter ab altero, re quàm nomine diſcrepat & genere, ut Lacedæmonius ab Attico, ut barbarus à Græco. Vbi enim te prius Spartiaten, Græcum, Doricum, & Heraclidẽ profeſſus, Medicã deinceps tiaram, barbaricam menſam, & Perſicã harmamaxã admirari, ſtatim Perſiſſas, ſtatim & barbariſſas, Pauſaniam perdis, Medus efficeris, Mardonius es: quare & nomini ſimul & generi repudiũ te mittere oportet. Nã multitudinẽ lau-

dare uoluptatem facile patior, cuius animi ſint ſordidi, & ab ipſa ratione penitus deuij: quin potius huius affe ctiones miſericorditer ſpecto, & ignorãtiæ ueniã conce-
197 *do: Epicurum autem philoſophum ſe facere, aut philoſophiã ipſam laſciuire, quomodo feram?* Nam *neque imperatorem, qui paratum deſerat exercitum, & ſe fugæ præbeat ducẽ, neque colonũ qui ſegetẽ incendat, neque gubernatorem qui mare reformidet, ferre poſſim.* Nauigare *te oportet, exercitum ducere oportet, colere agrum oportet: quibus negotiis impartiendus eſt labor.* At *nullũ pulchrum atque honeſtum laboribus caret.* Quod *quidem ſi dixeris trahere ſecum uoluptatem, concedo.* Ita *tamen ut uelim pulchrum ipſum anteire uoluptati:*

-is princeps vnicus eſto,
Cui dederit genitus Saturno ſceptra ſagaci.

Si uerò ordinem commutare uolueris, uoluptatémque, ducis, rationem autem, ſatellitis locum obtinere, nónne cognoſcas quàm grauẽ animo quámque inexorabilem tyrannum imponas? cui ſeruire neceſſe eſt impurã nimirum ſeruitutem ac uariarum cupiditatum obſequio addictam, ut quamlibet turpe atque iniuſtum eius imperium detrectare non poſſit. Quẽ *enim uoluptas licẽtia adiuta ſibi terminum ſtatuat?* Iam *uerò ſatis conſtat hunc tyrannũ profundiſſimam appetitionũ ingluuiem habere, præſentia cõtemnere, ea tantùm appetere, quorũ ſit copia anguſtior.* Eſt *enim propter affluentiam elatus, propter ſpem leuiſſimus, propter facultatem contumelioſus.* Hic, *inquam, tyrannus turpia cum honeſtis cõ miſcuit: iniuſtitiam aduerſus iuſtitiam, intemperantiam aduerſus modeſtiam armauit: quũ tamen minimo*

negotio, corporum neceſſarius uſus, ſuis cupiditatibus ſecandus modum inueniet. Sitit quis? ubique ſunt fontes. Eſurit quis? præſto eſt fagus. Sol quem cernimus, plus ipſis chlamydibus tepefacit. Nũ prata uarietate colorũ, ſpectacula cuncta non ſuperant? Num flores naturalẽ odoris ſuauitatem non emittunt? Hactenus uoluptati cõſtituti ſunt fines, hique neceſſario naturæ uſu duntaxat terminantur. Quibus ſi tranſgreſſis, ulterius irruperis, uoluptatibus in immenſũ uſque excurſum ademeris frænum, uirtutẽſque penitus à uoluptate diſiunxeris. Et hoc eſt quod ſatietatis perimit modum, & tyrannides parit. Inde eſt ut Perſarum regi neque locus Paſargadæ, neque Cyri ſufficiat naſturtium: ſed neceſſe ſit uniuerſas Aſiæ partes in unius uiri uoluptates alendas
198 *ſymbolam conferre. Quamobrem Media Niſæum nutrit equũ, Ionia mittit pellices Græcas, Babylonia barbaros eunuchos, AEgypt⁹ uarias artes, ebur India, Arabes odoramenta. Ipſi denique amnes regis uoluptatibus deſeruiunt, ut Pactolus aurum mittendo, ut frumẽtum Nilus, ut Choaſpes aquam. Sed ne hæc quidẽ illi ſatis ſunt: nam non uides ut peregrinam concupiſcat uoluptatem? propterea Europã inuadat, perſequatur Scythas, euertat Pæonas, Eretriam capiat, Marathonem adnauiget? undequaque demum errabundus incedat? O miſerrimũ ob paupertatẽ hominem. Nã quid, obſecro, continua hominum cupiditate egentius? Vbi enim ſemel animus ſupra quàm neceſſarius exigit uſus, uoluptatibus indulſerit, priorem continuo faſtidit, nouarum cupiditate detinetur. Et hoc eſt quod Tãtali ſignificat ænigma, continuam uidelicet uoluptarij ſitim: ut quum*

oblecta

oblectationum interdum latices affluant, recedant interdum, propterea cupiditatum refluxus excitetur. quibus tamẽ cupiditatibus infeſtiſſimus dolor, metus ac perturbatio, permixta ſint. Nam *quidnam homines timere peius ſolent, quàm ne præſens uoluptas elabatur: quõue etiam uehementius angi, quàm ne abſens propius non accedat? Quapropter neceſſe planè eſt, uoluptati operã dantem, mœroris nunquam, iucunditatis ſemper ſenſum intermittere: idcirco eũ confuſiſſimè uiuere ac multa ambiguitate oppreſſum eſſe. Cernis modò quem aut qualem tyrãnum ſtatueris animo? qualis ſcilicet ſit* Athenienſibus Critias, Solone eiecto: *aut* Lacedæmoniis Pauſanias, *amoto* Lycurgo? *Ego enim qui libertatem concupiſco, opus habeo legibus, rationis indigeo. Hæc mihi rectam, fidam, tutam ſufficientẽmque fœlicitatem præſtabit, non autem humilem uel ſeruilibus artibus refertam: quibus auctus ſi fuero, hoc emolumentum lucror, ſcilicet ut* Homerici *illius exemplo, cruſtula petam oſtiatim, pelles & ollas conſequar: abſurdiora præterea, ut prandium à* Mitheco, *uinum à* Sarambo, *meretriculam à* Cono, *cantilenam à* Meleſia *accipiam.* Ecquis

199 *cupiditatibus hiſce modus accedat? quis erit, obſecro, uoluptariæ fœlicitatis terminus? quonam loco conſiſtemus? quiſue huius uictoriæ præmium feret? quis tam beatus, uigilans atque induſtrius ſit, quem neque noctu, neque interdiu punctum temporis ullum uoluptas ulla remittat? ſed ei in omnes animus partes extendat. ſenſus? ut ſicut polypus marinus, crinibus ſparſis haurit alimentum, ita hic ſenſibus omnibus uoluptates ſimul omnes affatim eliciat. Fingamus imaginem, ſi placet: uirum*

uoluptaria utentem fœlicitate, gratiſſimis coloribus aſpectum ſatiantem; iucundiſſimus ſonis aures demulcentem, ſuauiſſimos uapores haurientem, uarios ſapores deguſtantem, leniſſimis fotum teporibus, Venereis titillationibus libidinem explentem: Si quidem uoluptatem hanc tantam interiecta ruperit mora, aut eam aliter alia uis diſtraxerit in partes, ſenſúſq; diſiecerit, nónne id ſtatim fœlicitatem illam hebetabit? Quicquid enim præſentia ſua oblectat, id etiam abſcedens moleſtiam parit. Et quemnam animum inuenias, qui ſi tam multam ingruentium uoluptatum ſuſtineat turbam, ut quieſcendi ac reſpirandi locum non habeat, nō miſeria perditum ſe putet? non aliquam dilationem requiémq; à perennitate luxuriæ exoptet? Ex inueterata nanque uoluptate oritur dolor. cuinam igitur minus credēdum ſit, quàm miſerandæ fœlicitati? Summe Iupiter, díique omnes, patres & opifices maris ac terræ, quale eſt animal hoc, quod in extremum hunc angulum conieciſtis! quàm illud audax, procax, loquax! quàm indigum boni! ut à uoluptatibus exeditur! ut populariter fertur!

O foret vt nunquam natum, prolémque dediſſet

uniuerſum genus hoc, dico: ſi quidem futurum erat ut nullum aliud pretioſius munus à uobis, quàm uoluptatem, eſſet accepturum. Quid ais? Num non longè præclarius abſtulit munus? Pro Ioue enim, ſecundum Homerum èſt reſpondendum. Habet, inquam, habet à diis mentē ac rationem, uitámque accepit ex mortali atque immortali ſubſtantia permixtam, ueluti quoddam animal cui in meditullio conſtitutus eſt locus, quódq; corpus de caducitate mortali, mentem uerò de immortali

ſcaturigine ſumpturū eſſet. proinde ad corpus propriè uoluptas, ad mentem pertinet ratio. Sed corpus quidem cum brutis illi commune eſt, mens uerò illi propria eſt. Ibi ergo animi bonum, ubi operationem inſpexeris: operatio, ubi eius apparet inſtrumentum: inſtrumentum, ubi ſeruatrix uis eſt. Ab hac itaque ui ſeruatrice incipito: utrum utro dixeris ſeruari, à corporéne animum, an ab animo corpus? Id ſi iudicaueris, rectè ſeruatorem inueniſti. Quod inſtrumentum animi dicis? Mentem dico. Mentis ergo quærendum eſt opus. Quod mentis opus intelligis? Prudentiam intelligo. Atque ideo propoſitum bonum inueniſſe te dico. Quapropter ſiquis, partem hanc hominis uocalem deóque gratam contemnens, ad exaturādum abiectum illud animal, petulans, uorax ac uoluptatibus inhians (corpus intelligo) ſe conferat: cuinam præclaram hanc educationem aſſimilare poſſimus? Fabulæ, meheraule, huic: In Pelio poetæ aiunt fuiſſe olim Theſſalicum genus, corporibus formatis abſurdè, quorum ſcilicet umbilicus ſubter haberet ſpeciem equinam: hanc uerò, propter compoſitionis irrationalitatem, ferino ritu ali neceſſarium fuiſſe. Ideo tametſi hominum more & loqueretur & cerneret, brutam nihilominus naturam paſtu atque inceſſu fatebatur. More enim hominum uiuebant, concumbebant ut belluæ. Euge poetæ, poetarúmque filij, patres antiquæ ac nobiliſſimæ muſæ, quàm manifeſtè nobis inuiſtis uoluptatum uinculum eſſe! Quoties enim contingit ferinas partes tyrannidem capere, cupiditatéſque incenſas, nobilitatem animi conſtrictam detinere, propter turpitudinum obſequia, homo in belluam uertitur.

Hæ ſunt Centaurorum fictiones: hoc Gorgones, Chimæræ, Geryones, Cecropes ſibi uolunt. Aufer appetitiones uentris: belluam ab homine detraxeris. aufer pudẽdorũ libidinem: mutilaueris brutum. Donec enim nobiſcum eiuſmodi hæc conuiuent ac nutrientur, aut quoties quis ad huiuſmodi ſcelera propenſus erit, neceſſe omnino eſt cupiditates imperium arripere, animúmq; , earum uoces perſonare.

201 QVOD EX LABORIBVS ET INfortuniis eſt vtilitatẽ accipere. Sermo XXXV.

GRAVE *profecto eſt, deos inter bonum ac malum, commercium omne ſuſtuliſſe, ſtatuentes alterũ cum altero nequaquam miſceri, eorúmque naturas ſeparantes, perinde ac diem à nocte, tenebras à luce, ignem ab aqua: (quorum ſingula ſi ad complexum contrarij ducens, uelis eorum differẽtiam ſimul conflare, ex eáque communem quandã conſtruere naturam, utriuſque proprietatem deſtruxeris:) homines autem ipſos, qui ſponte beatam uitam ſectantur, ultro huic ipſi beatæ uitæ malũ admiſcere. Quòd ſi quis deorum iis hominibus annuerit ut uiuant interdiu in clariſſima continuáq; luce, peruigili ac nihil nocturnæ quietis indigente, credibile eſt hos ipſos homines grauiter laturos ſolẽ nunquã abſcedere, neque umbræ uiciſſitudini concedere. Mane, quæſo, mi homo: haud ineptum accipies reſponſum. Sicubi aſpectus hominis ſit qui perpetuam ſuſtineat lucem, aut ſi modus inueniatur ſiſtendi ſolẽ à circulari illo decurſu, ita ut ſupra terram ſuſpenſus, inſtar clariſſimæ lãpadis in excelſo aliquo loco accenſæ, continuam ad nos lucem demittat: ſi*

*quidem hæc queant fieri, atque adeo conſtiterit ſol, o-
culique in eum intenti continuum ferant intuitum, quis
erit adeo fatuus, adeo demens, adeo præterea in deſide-
riis ſuis infœlix, ut uel noctem, uel tenebras, uel oculo-
rum deſidiam affectet, amét que corpus, cadaueris cu-
iuſdam in morem,, humi proijcere? Quòd ſi facilius o-
culi uigiliam, quàm, ſol morã aliquam, ferant, facilius
item ſol conſiſtat, quàm oculi uigiliã perpetuam ferãt:
nequaquam operæpretium extabit conſuetudinem lucis
exoptare, ſed magis neceſſarius erit iis oculis congreſ-
ſus noctis.* Eodem propè modo amor ſe habet ad bonum.
*Cupit animus bonum: cur enim non cupiat? odit ma-
lum: cur enim non oderit?* Verum *neque quod cupit: aſ-*
202 *ſequi, neque quod oderit, uitare omnino poteſt?* Non *lo-
quor de animo impuro: (is enim quum peſſimus ſit, &
bonorum omnium expers, in ſumma ſperandi facultate
minimum fidens, & in ipſa fœlicitate maximè caducus,
penitus exploditur) de probo loquor ac ſapientiam ſpe-
ctante. Quare, age, uideamus utrum hic animus uir-
tutem aſſumens, fœcunditate quadam uitæ ac fortunæ
aſſequi poſſit ut in perpetua fœlicitate diuerſetur: an
potius dicendum ſit, perpetuitatem illam, humanæ pe-
nitus naturæ interdictam: quum in eo itinere quod
probum animum ingredi oportet, magnus numerus ſit
impedimentorum, quæ, ueluti foueæ, anfractus, bara-
thra, atque aggeres, illaqueare queant uelociter cur-
rentem: in quibus itineris ignarus, ſegnis ad curſum,
impos tranſiliendi, & ad prætercurrendũ ualde ine-
ptus ac titubans, pedẽ offendit, labitur ac trepidat: ſtre-
nuus uerò curſor ac uiæ peritus, pro uiribus corporis ue-*

lociter currit, properitia minimè errat, pro arte tuto conficit curſum. Nouit autem *quæ plana ſit uia, quæue offendiculis careat, quæ ſuffoſſa, quæ tranſmiſſionem neceſſariã expoſcat, præuiderique à currente non poſſit.* Hoc idem Homerus *ſignificat de uita,*

Veſtibulum ante ipſum duplex iacet vrna tonantis.

Altera *malorum plena eſt, quæ bonum nullum habeãt admixtum: altera ex utriſque eſt temperata.* Tertium *nanque uas, in quo mera bona poſita ſint, minimè in ueſtibulo* Iouis *inuenitur.* Ipſe *autem* Iupiter *ex altero hauriens (ſi credideris* Homero*) miſcet hominum generi ſyncerorum malorum liquorem perualidum, uiolentũ, plenum ſcilicet diſſenſionibus, furiis, tumultu, metu, ſexcentíſque aliis arduis ac ſolidis malis.* Ex *altero (ut idẽ differit* Homerus*) laticem depromit ex bonis ac malis temperatum.* At *ego mixturam intueor, fidémque habeo ſermoni: ſed tamen libet melioribus uerbis,* Iouis *diſtributionem eiuſmodi enarrare: quæ ita ſe habet:* Virtus *atque improbitas animi, fontes exiſtunt* Iouis *doliorum: quarum quidem improbitas uberem ac præcipitem uim euomens aquæ, uitam confundit ac perturbat: haud ſecus quàm impetus torrentis hybernus, ſata plã-*
203 *tationéſque euertere ſolet, odioſus agricolis, paſtoribus infenſus, uiatoribus aduerſus, infructuoſus, ſterilis, inutilis, damnoſus.* Viciſſim *uerò uirtutis fontes, cuiuſcunque animum irrigent, huic perpetuam uitam, fructuoſam, cultam conſummatámque efficiunt.* Verùm *ſudare agricolam oportet, laborare oportet, duriter uiuere oportet. haud enim* AEgyptius *in uno tantùm* Nilo *ſpem locat, neque agello prius ſemina committit, quàm ara-*

tri iunxerit boues, quàm noualia proſciderit, diu denique laborauerit: poſt hæc amnem ad irrigationem operum ſuorũ deriuat. Hæc commiſſio eſt fluuij cum agricultura, ſpei cum labore, fructuum cum duritie: ſic quidem mala conglutinãda ſunt bonis. Quamobrem, ſi placet, aufer nominis odium, conſuetudinem boni ac mali intelliges nequaquam propter ſeipſam à laborantibus inductam. Si nauigaturus acceſſeris ad portus, gubernatorem minimè eliges tempeſtatum inexpertum, neque eum qui nunquam uiderit ſalum, ſed qui potius ex periculis multis, atque experiẽtia malorum, ſibi artem aſtruxerit. Ego quidem imperatori minimè credo, bellorum omnium perpetuo uictori, qualis apud Athenienſes Nicias fuiſſet, ſi quidem ex Sicilia incolumis rediiſſet. qualis etiam Cleon, ſi modo populũ temperatius regens, ex Amphipoli reuerſus eſſet. Quum enim uideo quem ſine intermiſſione ſecunda afflauerit fortuna, ſiue gubernator, ſiue imperator exiſtat, ſiue priuatus, ſiue princeps, ſiue uir, ſiue etiam ciuitas: huius fortunæ tantundem propè exiſtimo credendum eſſe, quantum Solon credidit Crœſo, aut Amaſis Polycrati. Crœſus quidem habuit terram equis ornatam, Polycrates mare nauibus inſtructum: ſed quæ tandem firmitas fuit in utroque? haud enim Crœſus in terra, haud in mari Polycrates ſatis firmitatis inuenit: uerùm Polycrates in Orontis poteſtatem deuenit, Crœſus Cyri mancipium fuit. longa uidelicet fœlicitas excepta eſt ab ingruẽtibus malis. Ob eam præcipuè cauſam Solon Crœſum minimè fœlicem putauit: ſapiens enim erat. Ob eandem Amaſis repudiũ miſit amicitiæ Polycratis, quẽ

ſcilicet obnoxiū proximo infortunio præſenſiſſet. Quapropter ego eam uitam probauerim quæ deguſtauerit malum, dum tamen id tantummodo delibarit,

(Inſperſit tantùm labia, areſcente palato:)

uirtute quidem inſtructam, ſed ea contra aduerſam fortunam utentem. Nam etſi oculi maximè ex cunctis colo-
204 *ribus, clariſſimo gaudent, niſi tamen illi oppoſueris phæum, uoluptatem eius conturbaueris. Si ad fœlicitates aliquantulus acceſſerit dolor, is mehercule faciet ut magis ſentias uirtutem, & fœlicitates ipſas agnoſcas. Sitis eſt quæ iucunditatem aſtruat bibendi, eſuries edendi: nox facit oculis gratiſſimum ſolem: poſt ſolem oritur deſiderium noctis, poſt ſaturitatem quæritur fames, ſitis poſt ebrietatem. Quòd ſi hanc uiciſſitudinem tollas, ex uoluptate efficies dolorem. Ob eam cauſam ferunt Artaxerxem Perſarum regem, quum in diutina ſenſuum uoluptate perpetuáque tranquillitate uitam tranſegiſſet, fœlicitatis nullum ſenſum habuiſſe: cui ſcilicet Aſia epulas conferret, poculum propinarēt ex cunctis amnibus optimi, infinitæ præterea artes, eius uitæ deſeruirēt: at hic in expeditione Græcorum tranſmarina, decem millibus Græcorum atque acerrimis ducibus congreſſus, ac uictus, ubi ſeſe in nudum tumulum recepiſſet ex fuga, in eo coactus pernoctare infœlix, tunc primùm ſitis habuit ſenſum, ubi neque Choaſpes, neque Tigris, neque Nili ſuppeteret copia, non calices, non propinatores adeſſent. itaque ſatis ſe fœlicem putauit, quum ex fœtido utre poculum ab homine Mardo accepit, ac tum demum miſer, quis eſſet ſitis uſus, ſimul etiam cuiuſmodi eſſet uoluptas*

bibendi, nunquam id prius expertus, intellexit. Homines *ergo uoluptatum ſatietas capiet, fœlicitatum minimè capiet?* Harum *mehercle ſatietatem, epularum atque ebrietatis ſatietate moleſtiorem eſſe cenſuerim.* Vides *ut neque etiam* Achilles *otium, neque ſilentium* Neſtor, *neque ſecuritatem ferat* Vlyſſes? *quum liceret* Achilli *uiuere atque imperare* Myrmidonibus, Theſſalicam *terram excolere, ac ſenectutem* Pelei *alere:* Neſtori *item in* Pylo, *in pace atque otio ſenium ducere* Vlyſſi *itidem domi remanere circa opacum foliis* Neritum, *in terra uirorum altrice: demum uerò penes* Calypſo, *in umbroſo atque irriguo antro, nympharum obſequiis eblandito, ſenectute ac mortalitate depulſa.* At *neque otiū neque immortalitatem ipſam uoluit accipere, quæ aliena eſſet à conſuetudine uirtutis: quam qui uerſare decreuit, humanis caſibus obiectus, cogitur ſæpiſſimè clamare,*

Suſtineas cor: nanque olim grauiora tuliſti.

Quæ enim memoria Vlyſſem *commendet, ſi quidem de eius uiri uita auferas labores? Quid etiam* Achillem, *dēpto* Hectore *ac* Scamandro, *demptis nauibus, urbibúſque duodecim, ex quibus undecim poſitæ eſſent in continenti, efficiat clarum?* Herculis *nanque originem nulla alia cauſa eſt cur* Homerus *retulerit in* Ioue, *quàm quia in medijs periculis diuerſans, perpetuum cum ijs geſſerit bellum.* Deme *de* Herculis *hiſtoria beſtias feras, deme præpotentes tyrannos, ſurſum ac deorſum itinera, grauiáque illa uniuerſa,* Herculis *uirtutem mutilam reddideris.* In Olympiacis Pythiiſque *certaminibus minimè fas eſt oleaſtro coronari ac malo eum qui ſecum ipſe decertet: ut uictor præconio declareris, opus eſt*

æmulo. In ſtadio uitæ humanæ, ac præſenti mortalium certamine, quémnam alium dicas aduerſarium, qui optimo uiro opponatur, præter tentationem malorũ? Age prouocemus aduerſarios in ſtadium: Quinam procedẽt ex Athenis? cum Socrate ſcilicet Melitus, carcer, ac uenenum: ex Academia, Plato tyranni iracundiam ſuſtinuit, fretum ſæpius tranſmiſit, pericula adiit immenſa. Deſcendat in ſtadium alius quoque Atticus pugnator, qui cum Tiſſaphernis periurio, cum inſidijs Ariæi, cum proditionibus Menonis, cum regis impetu pugnauit. Vſque ex Ponto opus eſt certatorem arceſſere, nam & hic ualidum congreſſum, cum aduerſarijs duris, paupertate uidelicet ingloria, fame, ac frigore ſuſtinuit. cuius quidem exercitationem maximè laudo,

Qui fœdè incutiens ipſi ſibi verbera plagæ,
Iniecit laceros humeris pannoſus amictus.

Quare paruo negotio uictoriam obtinuit. Igitur uiris huiuſmodi coronam decerno, libétque eis, pro uirtute certantibus, præconium uictoriæ concedere. Quos ſi auerteris à pugna aduerſus infortunia deſumpta, eis & coronam & præconium demas. Tolle Athenienſium ad Marathonem uolucrem curſum, necémque eo oppetitam in loco, manum Cynægiri ſuccisſam, Polyzeli infortunium, Callimachi uulnera: quidnam aliud Athenienſibus ad gloriam relinquas, præter Erechthei ac Cecropis fabulas minimè à poſterioribus creditas? Ob hãc præcipuè cauſam perdiu Lacedæmonij libertatem conſeruarunt, quòd nequaquam in pace otium alebant, uerbera plagáſque, ac cõſuetudinem malorum, ipſis uirtutibus permiſcentes.

QVOMODO QVIS AD AMIcum ſe habeat, Sermo XXXVI.

POTES dicere quoſnam commemorans Homerus, libenter ſimiles dijs, genitos Ioue, Ioui in conſilio æquales uocat? Quóſnam alios, præter optimos illos, Agamemnonem, Achillem, Vlyſſem, atque alios nonnullos, quos idem Homerus commodos cenſuit ad laudem deſignandam? Quòd ſi eos non feciſſet ſimiles Ioui, ſed potius Machaoni medico, Calchāti uati, Neſtori equeſtri, Meneſtheo ordinū ſtructori, Epeo fabro, ac Nireo formoſo: nunquid non poſſis comparationis cauſam aſſignare? uel potius hîc ſimilitudinem quidem agnoſcas, illic uerò potes tantùm dicere, eos eſſe ſimiles Iouis: & laudas comparationis inuētionem, inuentionem tamen nō ſatis intelligis? Age, iam ego mentem Homeri, pedeſtri ſermone, homo minimè poeticus narrabo. Vocat Homerus Iouem, deorum atque hominum patrem: putas ob eā cauſam, quòd delapſus è cælo, ſumpta modò auis, modò auri, modò alterius alicuius rei perſona, peteret mulierum mortalium complexum,

Dum ſerit in primis magnorum ſemina regum?

Id ſi fecerit Iupiter, næ admodum paucos filios habebit. Verùm eam rationem ſequitur Homerus, ut hæc dicēs, referat cauſam in Iouem, procreationis ac conſeruationis huiuſmodi generum: propterea eū patrem appellat: quod quidem nomē antiquiſſimum omniū eſt, ex ijs quæ amicitiā deſignant. Eſto, hāc rationem de Iouis de-207 nominatione reddi poſſe: quæ uerò de ſimilibus Iouis dicta ſunt, aliter ſe habēt. Nō uides ut Salmoneus minimè à poetis Ioui cōparetur? qui tametſi torquere fulmen

putaretur,& imitaretur tonitrui fragorem, ac fulguris lucem,tamen potius Therſiten,qui imitari Hectorẽ uellet,quàm Iouem reddebat. In quo igitur heroes illi Ioui ſimiles erant? Nẽpe imitantes proprietatem illam Iouis, ex qua & ſalus & dilectio & paterna quodammodo cura in deos atq; homines demânet.hoc eſt in quo mortalium uirtus diuinæ uirtuti ſimilem ſe facit: & quod apud ſuperos Themis , id eſt fas ac iuſtitia , uocatur: quódque alijs quibuſdam nominibus occultam ſignificationem habentibus ac diuinæ maieſtati accommodatis exprimitur: apud homines uerò,amicitiæ ac gratiæ nomine , quibuſdámque alijs uocabulis,humanitatem & beneuolentiam denotantibus,ſignatur. Etenim humana natura poſterior ualde eſt diuina uirtute, cum cunctis quidem in rebus, tum etiam in propagatione amicitiæ. ea enim minimè pertingit ad omnes ſimilitudinis modos,uerùm pecudum more,conciliatur dũtaxat cum eiuſdem gregis conſorte:raróque etiam fit ut id omnibus contingat. Vt enim nũc eſt,ſæpius cernere licet eodẽ in grege ſub uno eodẽmque paſtore,contentiones permultas diſſenſionéſque impetentium ſe inuicem cornibus ac morſu:in quibus uix ſcintillam aliquam amicitiæ manifeſtæ perſpicias:tametſi unà cõpaſcuntur,cibos,potus, indumenta cæteráque omnia quæ ad uſum corporum neceſſaria ſunt, permutatione homines comparant æris ac ferri: præſtantiora quædam auro atque argento. Quum uel maximè liceat, metallorum arti ſalute multa dicta,ea inuicem omnia ſine pretio ſumere, menſura quadam omnium iuſtiſſima,ut uidelicet indigens à poſſidente neceſſaria exigat, poſſidens uerò,cui ſuperfluat

res, indigentem capere ac ſibi habere permittat: accipiens ab illo uiciſſim ea quæ retribui ſine reprehenſione poſſint. Lycium Glaucum *pro accipiendo ære aurum dantem, & arma quæ centum bubus cenſerentur, nouē boum mercede permutantem notat* Homerus. *qui quidem ſi poſthaberet æſtimationem acceptæ rei præſenti pretio ſoluere, ac potius retributionem ex mente*
108 *ipſa metiretur, rem profectò faceret æquis utrinque ponderibus libratam.* N*unc uerò cauponantium plena ſunt omnia, plena mercatorum, plena incommodè contrahentium, tam eorũ qui uerſantur in foro, quàm qui uel maritimam, uel terreſtrem mercaturam ſequuntur, qui ciues, qui peregrini, qui prouinciales, qui tranſmarini.* Horum *negotium eſt, ſurſum ac deorſum cuncta miſcere, nõniſi per difficultates diuitias captare, abſtruſa eruere metalla, remotiſſima ſequi, rara quærere, theſauros defodere, loculos cõplere, arcas ſtipare.* Q*uorum omnium cauſa referenda eſt in amicitiam minimè creditam, in amorem habendi infinitum, in metum inopiæ, in conſuetudines prauas, in appetitum uoluptatis: à quibus uerus amor depulſus, obrutus demerſúſque, uix ueſtigia quædã incerta atque exilia ſeruat.* Q*uòd ſicubi gentium, ſiue apud* Græcos, *ſiue apud barbaros uigeat incuſtodita illa rerum affluentia, ob æris penuriam, minimè tamen ingenuè creditur: neque iniuria.* Græcorum *claſſis ex mille nauibus conſtans nauigauit in* A*ſiam, pulcherrima totius* G*ræciæ manus, quæ eodem propè contubernio uiuendique more decennium integrum aduerſus barbaros ſtetit.* Horum *fama geſtorum quum in* Homeri *poeſin inciderit, nullam neque*

in tam longo tempore, neque in tanto exercitu amicitiã tulit, quã celebrare uellet Homerus, *præter unam* Theſ*ſalici iuuenis cum uiro* Locrenſi: *qua nihil eſt quod in uniuerſa illa poeſi maiorem delectationem legentibus afferat, ad uirtutem magis inuitet, memoriam ſublimius extollat.* Cætera *quæ ab* Homero *canũtur(ſi diligenter inſpexeris) quidnam aliud ſunt, præterquam pugnæ, cupiditates, minæ, iræ?* Horum *exitus, gemitus, luctus, neces, calamitates miſerabiles.* Apud Athenienſes *celebratur narratio quædam amicitiæ nomine, multis* Athenienſium *celebrata ſermonibus: una duntaxat res digna* Minerua Theſeóq; *pulchra ſcilicet atq; honeſta amicitia optimorum uirorum. quæ quidem ambobus ad occidendum tyrannum, communem gladium, communem interitum præbuit.* Poſt *eam utilitas nulla ex*
209 *uniuerſis amicitijs* Atticas *emerſit, uerùm ſuppuratæ omnes, putres, infidæque fuerunt, exeſæ ſcilicet ab inuidia, ira, ſtultitia, auaritia, ambitione.* Et, *ſi reliquam* Græciã *recenſere uolueris, magnam inuenias copiã triſtiũ narrationũ, hominem homini, ciuitatem ciuitati, genus generi aduerſum: haud* Doricũ Ionico *tãtùm, haud* Bœotiũ Attico: *uerùm* Ionas Ionibus, Dores Doribus, Bœotos Bœotis, Atheniẽſes Atheniẽſibus, Thebanos Thebanis, Corinthios Corinthijs, *cõſanguineos: cõtubernales, hoſtiliter ſe inuicẽ petẽtes, eos ſcilicet qui eodẽ ſole uterẽtur, eodem æthere, eadẽ lege, eãdem terrã paſcerẽtur, iiſdem ueſcerẽtur fructibus, eadẽ ſacrificia peragerẽt, iiſdem uniſque mœnibus clauderẽtur, ciuitatem unã incolerent: quos omnes modò inuicem pugnare, modò fœdera percutere, modò iurare, modò peierare, modò cõ-*

ponere, modò conuenie͂tes, modò diſſentientes licet intueri: minimus ſcilicet ex cauſis ac excitandam ira͂ perturbationémque inducenda͂: ut ſi concauæ naui ſabulu͂, uel aliud firmamenti genus detraxeris, eam co͂tinuo ad leuiſſimos undarum ictus uerſatilem reddas. Quomodo autem uir hic, qui ueram amicitiam affectat, ad ea͂ aſſequendam comparare ſe queat? Tametſi difficulter id poteſt explicari, dicendum tamen.

Sicut pax homines inter fuluóſque leones
Non eſt fida, lupis neque pax eſt mollibus agnis:

Ita etiam ad co͂ciliandum hominem homini facilis nequaqua͂ eſt ductus, donec oculus in auru͂ feratur. Quòd ſi etiam ab auro dimoueas aſpectum, non utique robur hoc animi ſatis erit ad amicitiam perfectam: uerùm pugnandu͂ co͂tinuò erit, ne te uel ancillulæ flos, uel uxoris egregia forma ab ea abducat. Etiamſi ad iſta co͂niueas, caue͂du͂ erit à falſa ſpecie populi magnanimi Erechthei, à concionum præconijs, ab opinione uulgari, uaniſſimo nimirum negotio, celerriméque uniuerſam terra͂ per-
210 uolitante. Ambitionem co͂tempſeris? uereberis iudicium. contempſeris itidem iudicia? carcerem quomodo contemnes? Carcere͂ tuleris? necem perhorreſcas. Multas te præterire uoluptates oportet, multis reſiſtere laboribus, ut ea͂ rem teneas quæ æquipolleat uoluptatibus, ac laboribus cu͂ctis: rem dico auro pretioſiorem, formæ flore firmiorem, gloria munitiorem, ueriorem ciuilibus honoribus: rem quæ propter ſeipſam ſit expete͂da, quæ ſpo͂te tibi obuiam eat, merito ac iure optimo laudatam: cuius cauſa tametſi uel dolorem uel negotium ſuſtineas interdum, ea tamen in medio dolore ac negotio, ob memo-

riam cauſæ, te oblectet: raram nimirum rem, quanuis eius imago frequentiſſimè ac multiformiter occurrat. adulatorum uidelicet examina, choreæque ridentium, atque ex ore pendentium tuo, te palpantium, ac ſummis tantum labijs præ ſe ferentiū amorem: quos nequaquam beneuolentia ducat, ſed emolumentum ſperatum, qui mercedem magis quàm amicitiam ſequantur. à quibus fruſtra caueris malum, donec amicitiam crediderint in retributione conſiſtere. Eſt *quidem uera amicitiæ ſpecies, attamen eam homines uel priuatim uel publicè minimè diſcernunt.* Nam *ſi cerneretur, quid eos prohibeat, ualere ſinentes arma, militares artes, armorum officinas, mercenariorum exercitum, ſocietates belli, arcium munitiones, & caſtra, pacem de integro libentes ab ipſo* Ioue *accipere? haud ab* Olympia, *haud ab* Iſth*mo, induciarum præconium denunciante, uerùm de cælo clariſſimè clamante,*

Comprimite ô animos filii, veſtræque ſalutis
Liberam habere mihi curam date, vóſque tueri.

minimè, inquam, committite ut uos contemnam incommodis affectos. Nunc *autem homines momentaneas ineunt paces, annorum triginta, quietem languidam, neque omnino tutam à malis, eámque tandiu duraturam quandiu nouus incidens prætextus belli, ſúſque déque cuncta permiſceat.* Qui *quanuis depoſitis armis otium amplectantur, aliud nihilominus de integro bellum animum corrumpit ac uaſtat: priuatum magis quàm pu-*
211 *blicum: minimè quidem ferro flāmáue, aut etiam claſſe atque equitatu, ſed longè alia ratione adminiſtratum, unde animus iracundia, cupiditate, contumelia, ſexcen-*

tiſque alijs malis compleatur. In quã igitur partem uertaris? quas inducias queas inuenire? quæ Olympia, *quæ* Nemæa *te ſeruẽt?* Optima Athenis Dionyſia *ſunt; optima etiã* Panathenæa*: ſed tamen celebrantur ab ijs qui odia reciproca exercent. bellum potius quàm celebritatem aliquã narras.* Optimæ apud Lacedæmonios Gymnopodiæ, Hyacinthia, *choríque: at* Ageſilaus *inuidet* Lyſandro, Ageſipolis Agidi: Cinadon *regibus*, Phalãthus Ephoris, Partheniæ Spartiatis *inſidiãtur. nequaquam celebritatem eſſe exiſtimo, donec celebratores non uideam ueram inter ſe amicitiam ſeruare. Hæc enim lex, is modus conſtitutus eſt à legiſlatore deo, induciarũ uerarum: quibus qui caruerit, amicitiam penitus ignoret: quanuis libauerit ſæpius, quanuis* Olympijs, Iſthmiacis, Nemæis *aſcriptus ſit. Intro ad animum penetrare præconium oportet: intro pacem accipere. Donec enim bellum acerrimum in animo ſine ulla fœderis ſpe uiget, alienus omnino animus manet ab amicitia uera, hoſtilis ac triſtis. Hoc eſt quod ſignificant pœnæ, furiæ, fabulæ, ac tragœdiæ. Sequamur igitur pacẽ ſyncæram: philoſophiam uocemus: ueniat philoſophia, hæc pacem ſpondeat, hæc pacem declaret.*

OMNI SVBIECTO PHILOSOphicum conuenire ſermonem.

Sermo XXXVII.

QVIDNAM *dicas hoc eſſe, quod hiſtriones in* Dionyſiis, *modò ex* Agamemnonis, *modò ex* Achillis *perſona loquentes, paulo pòſt,* Telephum *ac* Palamedem, *cæteróſque heroas, utcunque fabulæ libuerit, reddentes, reprehendat nemo, aut*

moribus officere arbitretur, alios atque alios identidem
212 *ſeipſos oſtendentes: at hunc, qui* Dionyſia *ac theatra relinquens, potius cogitat, hominis uitam, ciuilem quãpiam fabulam eſſe, minimè, mediusfidius, conſtantem ex iambico uerſu ab arte poetica, quæ tempori celebritatis alicuius inſeruiat: neque etiam ex chori concentu, qui harmoniæ rationem habeat: ſed potius humanæ uitæ referentem, atque adeo fabulam philoſopho dignam, propterea quòd habet uerius argumentum, ac perpetuitatem temporis, deúmque ipſum poematis authorem ac magiſtrum: quamobrem in huiuſcemodi fabulæ ſcænam deſcendens, ſeque ipſum conſtituens principem chori, diligenter poetarum officium ſeruet, ut ingenium ſcilicet rerum omnium, ex quibus fabulam mundi huius deus conſtituit, ipſe ſuæ orationis ui exprimat & effingat:* Hunc, *inquam, ipſum qui hoc agat, aliquis peccare putabit, diſſonúmque eſſe, aut etiã* Proteũ *agere: quem deſcribit* Homerus *marinum heroem, multiformem, plurimúmque uariantem naturã.* Sanè *ſi id detur, ut ars ac muſica uis beatitudinem hominibus aſtruat: nulla habebitur eius hominis ratio, qui quũ ſe pulchrè ad* Dorium *modum exercuerit, ſi tamen uſus expoſcat ut ad* AEolium *ſe uertat in ea arte, quæ multiſonantiam requirit, ſilentiũ agat.* Verùm *quando huiuſcemodi cãtus modulationíſque, quæ animum dũcere poſſit, exiguus hominibus eſt uſus, neceſſéque eſt aliam ac magis maſculam muſam aduocare (quam* Homerus *libenter* Calliopen, Pythagoras *philoſophiam, alius autem aliter appellat) an hunc uirum, quem eiuſmodi muſa inſpiret, unà cum eius ſermone, oportebit paucioribus modis*

ac uocibus eſſe inſtructum, ita ut nihilominus ſeruet poeticum decorum, neque unquam mutus effectus ſtuporem oſtendat? Nam ſi ita eſſet ut in tam longo ac cõtinuo æuo pars aliqua uitæ philoſophicam rationẽ minimè requireret: faterer equidem multiplicem ac multimodam eiuſmodi muſam harmoniámque, ſuperuacuã eſſe: ſi, inquam, humanæ res unam ſeruantes figuram, eodem ſemper incederent tenore, nunquam ad dolorem ex uoluptate, neque ex dolore ad uoluptatem tranſlatæ, neque affectiones cum affectionibus commutantes,
213 *non denique ſurſum ac deorſum uertentes ſingulorum hominum mentem:*

Mens etenim humana eſt talis, qualem ipſe dietim
Iuppiter attulerit, hominum pater atque deorum.

Decernit nanque dæmon humana negotia conuerſionẽ ſibi inuicem debere, eorúmque naturam diariam eſſe. Quemadmodum igitur eorum amnium quos perennes fontes emittunt, unicum tantummodo eſt nomen, ſiue ille Sperchius, ſiue Alpheus, ſiue alio nomine appelletur: & ab ipſa ſtatim emiſſione, alia eſt unda ſuccedens, alia depulſa: quæ tamen continuationem curſus ſeruãtes, fallunt intuentium aſpectum, unius amnis continui atque uniti ſpeciem præbentes: Sic etiam humanorum negotiorum ortus ac fluxus ex perenni editus fonte, & incomprehenſibilis pernicitatis eſt & inſenſibilis curſus, iuxtáque rationis aciem perſtringit, atque oculos amnis. Itaque unam eandemque uitam appellamus, quæ tamen multiformis atque uaria exiſtit, multis poſtremo caſibus, multis negotijs, multis etiam temporibus fit penitus altera. At huic præſidet ratio, quæ præſentẽ

*remſemper exornet: haud ſecus quàm medici ars corpo-
ri natura minimè ſtabili, quinimo ſurſum ac deorſum
euacuationibus ac repletionibus uerſato, ſtudiũ præ-
bet indigentiæ ac ſatietatis regendæ.* Hoc *idem præſta-
re poteſt philoſophi ſermo, ad ſedandas affectiones ſeſe
componens, triſtia demulcens, res lætas gratulatione
hilariores efficiens.* Si, *inquam, uita hominum uno ordi-
ne incederet, aut unam tantùm ſpeciem ferret, una uti-
que ratio atque unus mos ſatis ei eſſet. nunc autem
tempus quod citharœdi molliculos deſiderat modos, ui-
delicet tunc eſt, quũ onuſtis menſis res ad multum pro-
ceſſerit uini: oratoris commodum tempus in iudicio fre
quenti: poetæ tempus in* Dionyſiis *conſiſtit, ſiquando
chorum expoſcant: quũ tamen philoſophico ſermoni nul
lum peculiare tempus ſecernatur, ſed potius unà cum
ipſa uita exoriẽs, ita illi confundatur miſceatúrque, ut
oculis lux.* At *quiſnam comprehendere poſſit obſequiũ*
214 *oculi, luce ſublata?* Detur *aſpectus: hic quidem quanuis
hebetudine caligans, etiam aduerſus noctem præſtabit,
& in tenebris, ducentis officio manus, aliquam coniectu
ram itineris habebit.* Dempta *uerò ab hominis uita ra-
tione, rectóque ſermone, quid eũ prohibet præruptis, peſ
ſimis, incertis atque aſperis uiis præcipitem ferri?* Cu-
*iuſmodi barbaries cuncta incedit, ea ſaliat quæ ratio-
nis non eſt particeps, uel depopulatione agrorũ, uel inſa
nia, uel mercenaria militia, uel etiam errore.* Aufer *pa
ſtorem ab ouili, aufer fiſtulæ uſum: paſtoritium negotiũ
funditus euertas.* Ab *hominũ grege ſi ducem congregatri
cémque ſemoueris rationẽ, gregẽ ipſum perdideris ac
diſſiparis, ſuopte quidẽ ingenio mutem, impuritate autẽ*

educationis, malis affectionibus addictum, egentémque officio muſici paſtoris: qui nequaquam flagello uel ſtimulo, eius contumaciam ulciſcatur. Idem nanque facere uidetur quiſquis putet philoſophi tempus aliquod extare rationis utendæ, atque is qui militi acri in bello, armandi iaculandíque, ſiue ex equo ſiue ex curru, perito, pariter tempus ſecernat, quod ſeparatum habeat uſum à communi uſu, bellicáque fortuna, re quidē inſtabili atque ambigua. Dic age, num putes, eum qui in Olympia certauerit, Iſthmum decere contemnere. At hic etiam ob negligentiam uituperatione non caret. neque enim ceſſabit honoris cupidus animus, ob deſiderium quietis, uniuerſa certamina obire, contentus accepiſſe duntaxat in Olympia oleaginam coronam: ſed & pineam quæret in Iſthmo: Argolicum præterea apiū, ac Pythia mala. quum tamen eiuſmodi certaminis minimè ſolus animus propriam cauſam ſuſtineat, ſed potius ob corporis ſocietatē ac coniunctionē, uictoriæ præconiíque palmā aſſequatur. Vbi uerò ſolus animus laborat, omníſque certaminis uis in eo uno uertitur, nunquid hîc poſthabendum putabit tempus aliquod certaminis? aut otium ſibi ultro aſſumet? quando etiam neque malorum, neque oleaſtri propoſitum eſt præmium, ſed quod illis
215 *honeſtius eſt ad ſtudium certandi, ſalubrius ad ſpectatores iuuandos, celeriúſque omnibus uerbis, fidem uitæ inducit. Verùm tempora ac loca certaminis huiuſmodi, repente denunciari aliter atque aliter ſolent. at id quod uerè dicitur Græcum, ultro uocationibus paret, ac ſeipſum exhibet, minimè oblectandorum oculorum gratia, ſed potius ob ſpē aſſequendæ uirtutis allectum, quæ*

quidem arctius ipſa uoluptate animũ hominis amplectitur. Videre itaque eſt in uniuerſis alijs certaminibus quæcunque ſpectatores inuitant, ob ſtudium uiſendi robur atque artem corporum, neminem ſpectatorum ipſorum, id ipſum quod intuentur ſpectaculum ſequi atque imitari. At ibi ex alienis laboribus, noſtris oculis uoluptatem decerpimus: nemóque ex infinita ſpectatorũ multitudine inuidet locum ijs qui in medio ſtadio puluere fœdantur, curſant, ſeſe mutuis complexibus elidunt ac uapulant: niſi fortè quis ſeruilem animum gerat. Quũ tamen longè ſecus in ipſo animi certamine contingat: in quo eo uſque nobilior pugna proponitur, ac labor ſalubrior eſt, theatrúmque ipſum tanto magis pugnantibus afficitur, ut nemo ex præſentibus ſpectatoribus, qui recto iudicio utatur, non optet, depoſita ſpectatoris perſona, ſeſe puglé fieri. Qualem huius rei cauſam afferas? Quòd ſcilicet ad corporũ pugillatus, athletarúmque labores, nequaquam omnes homines natura ſunt apti: neque eiuſmodi res eſt quam quiſque ex arbitratu ualeat efficere, ſed potius natiua ac ſortis beneficio contingens: propterea peruenit ad paucos. Oportet enim uel magnitudinem corporis à natura ſortiri, qui ſit futurus ſimilis Titormo: uel neruos, qui Milonem uelit imitari: uel robur, æmulum Polydamantis: uel pernicitatem, qui Laſthenem ſequatur. qui imbecillior eſt Epeo, deformior Therſite, ſtatura inferior Tydeo, tardior Aiace, aut uniuerſos ſimul corporis collegerit defectus, hic ſi certandi deſiderio teneatur, quàm inane, quámque irritũ deſiderium ſequatur? Animi uerò certamina ipſius aduerſa prorſus ratione ſe habẽt quàm corporis certamina. Mira etenim

raritas in hominũ genere eſt, quæ illius rei parentẽ na-
216 turam nõ agnoſcat. Virtutes uerò animi, natiuæ minimè ſunt, non ſortis etiã alicuius: uerùm tantulã operã à natura ſuſcipiũt, quantũ ſatis eſt adſtruendũ ualido muro fundamẽtũ, aut onerariæ naui carinã. Cõſociauit utiq; deus rationi amorẽ ac ſpem: amorem quidem, quaſi remigiũ quoddam alarũ expeditum, ac ſublime ad ſubſtollendum ac leuificandũ animum, cuius appetitionibus curſum aperiret. illas quidem alas, philoſophi appetitionem humanam uocitarũt. Spes autem idcirco in conuictũ animi dedit, ut poſſint ſingulorũ impetus mollire: minimè profectò (ſecundũ Atticum poetã) cæcas, ſed acutiſſimi uiſus: nequaquam animum ſinentes laboribus cedere, quaſi aliquando adamatæ rei compotem futurum. Iãdudũ enim, ſi abeſſẽt ſpes, & qui lucri cupidus eſt, id perſequi deſiiſſet, & mercenarius miles in expeditionẽ minimè iret: non mercator fretum, non graſſator depopulationem, nõ petulans adulteriũ tentaret. Sed nõ permittunt ſpes, quæ irritũ laborem illis & ſucceſſu carentem imperãt: ei qui pecuniã quærit, tanquam diues ſit euaſurus: ei qui occupationem bellicam habet, ut adeptu ro uictoriam: nauiganti, ut ſoſpiti reuerſuro: depopulãti, ut compendium maximum facturo: adulterium tentanti, ut occultè id facturo. Dein ſequuta repentina aliqua calamitas eſt, quæ pecunioſum compilauit, mercenarium necauit, mercatorem demerſit, graſſatorem cõprehendit, adulterũ detexit: unáque cũ appetitionibus ipſis ſpes itidem interierũt. Nullã nanq; metam terminúmque aut diuitijs, aut cæteris cupiditatibus hominũ cõſtituit deus. uerùm infinita eſt harũ omniũ uis. Quã-

obrem ſpectatores ipſarũ, quo maiorem earũ rerũ copiã
habẽt, eo etiã magis augent ſitim. Minus eſt enim quod
poſſeſſione cœperũt, eo quod ſpe iam deuorarunt. Qua-
tieſcũque animus petit rem ſtabilẽ, certã, finitam, circũ-
ſcriptã, natura pulchrã, ſuperabilem labore, ratiocina-
tione perceptibilem, ſectabilẽ amore, cõprehenſibilẽ ſpe:
217 tunc ſtudiũ ipſius aſſequitur optatũ, tunc operæpretium
facit, tunc uictoriã refert. Hoc ſcilicet eſt, neque præter-
ea aliud, cuius cauſa philoſophãtes eiuſmodi congregant
theatra. Verùm opus eſt rurſus pugilũ horũ imaginem
intueri. Et quidẽ nemo ex prioribus illis certatoribus æ-
mulos ſecum in ſtadio deſcendere, ſed potius omiſſo pu-
gnandi labore, conſequi uictoriã exoptat. Neceſſe quip-
pe eſt è multis unũ duntaxat euadere uictorẽ. Cõtrà fit
in ipſo animi certamine, in quo præcipuè qui palmam
petit, quamplurimos ad certamen inuitat. Vtinã ô dij, è
meis ſpectatoribus ferendus mihi æmulus ſit, qui eadem
ſedeat in cathedra: tunc probè, tunc iure, tũc meritò ac-
cipiam coronam: tunc præconiũ in uniuerſa Græcia me-
rebor. Hactenus nec coronam, nec præconium accepiſſe
me fateor: tametſi id omnes clariſſimè clamatis. Nam
quæ mihi utilitas ex multis meis concionibus, atque hac
continua dicẽdi exercitatione? laudéſne? Satis habeo lau
dum, habeo gloriam. harũ rerum ſatietas me cepit. Vt
autem ſummatim loquar, quiſquámne ex auditoribus
meis orationem meã laudabit, qui ipſe ſilentium agat,
quũ tamen & uoce utatur & auditu? philoſophiã lauda-
bit, quam tamen minimè comprehendit, tametſi animũ
habet & magiſtrũ? Res itaque efficitur perſimilis modu
lationibus tibiæ citharæque, uel ſi qua eſt alia muſica,

uel tragica, uel comica in Dionyſiis celebrata. laudant
uidelicet cuncti, ſed imitatur nemo. Hîc etiam profectò
laus à uoluptate maximè differt. Auditores enim uni-
uerſi delectatione afficiuntur. qui autem uerè atque
èx animo laudat, certamen id ſibi imitandum deſumit:
donec ipſum non æmuletur, minimè laudat. Iam enim
hoc uſuuenit, ut qui tibiarum eſſet indoctus, diſpoſitio-
ne tamen muſicen admiſerit, aurêſque ad tibiam for-
mans, concentus memoriam ſeruet, ac ſecum tacitè ſucci-
nat. Hoc itidem & ueſtrum aliquis peragat: fortè etiã
tibias ipſas adamabit. Vir quidam alendorum anima-
lium ſtudioſus, habuit in contubernio áues, eius quidẽ
generis quæ ſuauiter canunt matutinum hoc auium car-
men ac inarticulatum, quantulum tamen fert auiũ na-
tura. Hæ quidẽ quũ tibicinem audirẽt ſeſe modulatione
tibiarum exercentem, uiciſſim quotidie reſpondendo, ita
aures ad tibiam formauerant, ut tandem non prius ti-
218 *bicen modulationem inciperet, quàm aues illæ quaſi au*
ſpiciis canendi arreptis, in morem chori reſponderent.
Id faciunt aues: homines uerò minimè facient? neque, a-
uium illarum exemplo, incipientibus nobis, concinent no
biſcum? quum tamen cõtinuè audiant modulationes ne-
quaquam ignobiles, ſed intelligibiles uoces, articulatas,
uberes, ad inuitandam imitationem productas. Qua-
propter quum ego hactenus ſiluerim, nihilque aut ma-
gnificum, aut arrogans, neque publicè, neque priuatim
de meipſo prædicarim: ſiquid in præſentia dixero
quod elatum ac iactabundum uideatur, ueſtra ſcilicet
cauſa dictum putatote. Exhibitus uobis eſt, iuuenes, ora-
tionis apparatus, amplus, fuſus, ac partes multas conti-

nens, qui ualeat omnia præbere, ad omnium denique aures peruenire, omnium ingenia, cuiuſcunque rationes, ſectas, aque inſtructionum ideas commouere, qui largè ac gratuitò, ſine excuſatione, ſine inuidia capacibus præbetur. Oratoriæ deſiderio teneris? hinc ad eã expeditus eſt curſus, ſufficiens, facilis, ſublimis, admirabilis, minimè interruptus, robuſtus, immixtus. Poeticen adamas? aliunde quærito tantùm metrorum ipſorum rationem: reliquum poeticæ diſpenſationis hinc capere potes. id quod dicitur ſublime, conſpicuum, ſplẽdidum, fœcundum, diuinitus afflatum. Vt itidem dicitur diſpoſitio poetica, fabuloſa conſtructio, ut eſt poſtremò affluẽs uocum copia, miniméque ſalebroſa harmonia. Ciuilem inſtitutionem affectas? egéſque eiuſmodi apparatu qui populum queat & conſilia tractare? Manifeſtam rem tenes. Vides conſilium, oratorem, leporem ac robur. Verùm aliquis contemptis his ſtudiis, philoſophiam potius amplectitur. hoc quidem in loco iactantiam minuo, cedóque, neque amplius utor eadem perſona. Permagna res agitur, & quæ præceptorem omnino requirat, minimè mediusfidius uulgarem, humique repentem, neque ex popularibus moribus compoſitum. Siquis enim philoſophiam affirmet in uerbis ac nominibus conſiſtere, in artificioſis præterea ſermonibus, in redargutionibus, rixis, ſophiſticíſque argumentationibus, atque hoc genus ſapientia: in ſcholis paruo negotio præceptorem inueniet. Multus ubique ſophiſtarum eſt nume-
219 *rus, facile negotium, confeſtimque apparens. Quare dicere auſim, huiuſcemodi philoſophiæ plures præceptores quàm diſcipulos extare. At ſi iſta, quota pars phi*

loſophiæ ſunt, ac tantula profectò, quanta nec ſine turpitudine poteſt ignorari, nec tamen multa cum gloria teneri: turpitudinem uitemus, quúmque harum rerum ſcientiam fuerimus adepti, de earum cognitione nimiũ nobis ne placeamus. in quibus ſi ſumma dignitas ſit, nimirum grammatiſtas honorabiles facimus, quorum negotium eſt, ſyllabas uerſare, unáque cum puerorũ ſtultiſſimo grege, orationem balbutire. Philoſophiæ ipſius caput ac ſemita quæ ad eam homines ducit, præceptorem expoſcit, qui iuniorum animos attollat, eorúmque ambitionem, inſtar pædagogi, gubernet: haud aliter quàm doloribus ac uoluptatibus ipſorum appetitiones temperando, ut illi ſolent qui equos perdomandos ſuſcipiũt. Hi enim neque penitus eorum furorem infringunt, neque etiam ſinunt eos impudenter propria generoſitate abuti. Equi furor regitur fræno, regitur habenis, equitis aurigæque arte. Hominem uerò uerſat oratio minimè ignaua, minimè ſordida, minimè neglecta: ſed quæ lenitate atque acrimonia temperata, nequaquam otium auditoribus præbet ut uoces duntaxat ac uocum uoluptates inquirant, ſed illos potius excitet, ac ueluti tubæ ſonitu percuſſos cogat debacchari. Tuba etenim interdum claſſicum ſonat, interdum receptui canit. Qui ſi huiuſmodi orationem requirant, philoſophiam affectantes, nimirum dare operã oportet ut eum cuius ea facultas exiſtat, habeamus, probemus, eligamus: ſiue ille ſenex, ſiue iuuenis, ſiue pauper, ſiue diues, ſiue multi nominis ſit. Opinor autẽ minus ualidã eſſe iuuẽtute ſenectutẽ, diuitiis paupertatem, obſcuritatẽ nominis gloria. Facilius tamen homines ad eos, tãquam ad præceptores,

accedunt, qui eiuſmodi defectibus & incommoditatibus laborant: ita ut hæc fortunæ incommoda, quaſi quædã uiatica effecta ſint ad iter philoſophiæ. Nam quòd pauper Socrates fuit, pauper ſtatim imitabitur Socratem: ut bene iam nobiſcum agi putemus quòd non & ſimi &
220 *uentricoſi de philoſophia diſceptent. Quòd uerò Socrates non ſolùm pauperes, ſed etiam diuites, claros ac nobiles ad philoſophiam urgeret, nemo recordatur. Cenſet enim Socrates, ſi ipſum tantùm AEſchinem atque Antiſthenem ad philoſophiam trahat, minimum inde utilitatis ad ciuitatem Athenienſem, aut potius nihil cuiquã eorum temporum peruenturum, præter id quod ex memoria ſermonum ſuorum, poſterioribus eſſet cõducturũ. Si uerò Alcibiades, ſi Critias, ſi Critobulus, ſi Callias philoſophiam eſſent amplexi, nequaquam ſanè procellæ tam graues eius temporis, Athenienſes oppreſſiſſent. Nõ enim Diogenem baculo tantùm ac pera effingimus, ſed neſcio quomodo, qui hæc ipſa geſtarit, impuritate etiam poteſt Sardanapalum ipſum anteire. Ariſtippus ille qui purpuram geſtaret, unguentiſque óblitus eſſet, haud intemperantior Diogene fuit. Vt enim qui uim aliquam adeptus corpus ſuum aduerſus ſæuitiam ignis muniendi, non dubitaret (opinor) ſeipſum & AEtnæis flammis obijcere: Sic etiam qui pulchrè ſe aduerſus uoluptates pararit, tametſi in mediis ipſis diuerſetur, neq; calorẽ, neque flãmã, neq; liquationẽ aliquã ſentiet. Itaque probãdus philoſophus eſt, nõ ex habitu, nõ ætate, neque fortuna, ſed poti⁹ à iudicio mẽtis, ſermone, cõpoſitionéq; animi, à quibus duntaxat philoſophus dignitatis ſuæ ſuffragia capit. Alii uerò à fortuna habitus ſimiles*

ſunt ueſtimẽtis theatralibus. Vnus atque idẽ eſt poematis decor, ſiue is qui loquitur in ſcena, principẽ agat, ſiue etiam ſeruum. Etenim pro uſu fabularum amictus commutantur. Itaque Agamemnon fert ſceptrum, pellem bubulcus, Achilles arma, Telephus penulam ac peram. nec propterea à ſpectatoribus ipſis minus libenter Agamẽnone Telephus auditur. animus enim non loquentium fortunas, ſed poemata reſpicit. Eodem pariter modo exiſtimare debes in philoſophico ſermone, pulchritudinem nequaquam uariam ac tranſmigrabilem eſſe, ſed unã & eandem, ac ipſam ſibiipſi perſimilem. pro qua qui decertant, hos fortuna diuerſis amictibus ornatos in ſcenam uitæ demiſit. Pythagoram quidem purpura ueſtitum, Socratem uiliſſima ſtola, Xenophõtem & thorace & clypeo armatum, Sinopeũ pugilem, Telephi ipſius exemplo, baculo ac pera inſtructum. quorum omnium ornatus, cum perſona quam gererent, optimè faciebat. Propterea Pythagoras admirationem hominibus incuſſit, Socrates ipſos redarguit, Xenophon ſuaſionibus illexit, Diogenes conuicio eſt uſus. O beatos hiſtriones! ô beatos auditionũ earũ ſpectatores! Quiſnam erit tẽporum noſtrorum uel poeta, uel pugil, quẽ neque pudendũ neque elinguem dicere poſſimus: ſed potius recipi dignum in theatra conuentúſque Græcorum? Quæramus hũc uirum: confeſtim (ut ſpero) apparebit, apparẽſque, inhonoratus haud abibit.

VTRVM DIIS DICANDA SINT ſigna. Sermo XXXVIII.

O PITVLARI *mortalib9 deos ambigit nemo: omnibus quidem omnes: uerùm ſecundũ diuinorum nominum famam, opitulari alios aliis creditũ eſt.* His *homines & honores & ſigna, prout deorum aliquod beneficium aut publicum aut peculiare in eos extitit, obtulerunt.* Sic *nautæ in extanti aliquo ſcopulo, quiq; minimè tunderetur ab undis, temones marinis diis dicauerunt.* Sic *de paſtoribus aliqui* Pana *uenerantur, in eius honorem uel abietem excelſam, uel antrũ profundũ eligentes.* Agricolæ *præterea colũt* Liberum *patrem: uiridẽ ac natiuũ aliquẽ truncum in pomario conſerẽtes, ruſticũ nimirũ ſignum.* Dianæ *ſacratæ ſunt ſcaturigines fontiũ, deuexæq; in montibus ualles, & uenationibus expoſita prata.* Sed *&* Ioui, *mortalium primi uertices montiũ ſacrarunt,* Olympũ, *atque* Idam, *uel aliũ quempiam qui præ cæteris cælo proximus eſſe uideretur.* Eſt *etiã alicubi gentium tributus fluminibus honos, uel propter emolumentum, ut apud* AEgyptios Nilo: *uel propter pulchritudinem, ut apud* Theſſalos Peneo: *uel propter magnitudinem, ut apud* Scythas Iſtro: *uel propter fabulam, ut* Acheloo *apud* AEtolos: *uel lege, ut apud* Spartiatas Eurotæ. *uel propter ſacrificia, ut apud* Athenienſes Iliſſo.
222 Quo *fit ut amnes quoque, propter utilitatem eorum qui ab ipſis commoda acciperent, honores ſortirentur.* Quin *etiam adhibitæ ſunt artes conſtituendis proprijs cultibus ſingulorum deorum, quæ eos aliis atque alijs notis inſignirent.* Sicubi *uerò gentiũ, genus hominum ſit mini-*

mè uel ruſticum uel maritimũ, ſed potius in urbibus diuerſans, quod ratione ac legibus cõſtet, nũquid hoc genus nec munera, nec honores tribuet deo? An potius honores uerbo tenus impendet, dei celebrando memoriã? à ſignis autem ac dicationibus ſacris, quibus deum minimè putet indigere, abſtinebit? Haud enim magis indiget deus uel ſignis, uel dicationibus ſacris, quàm imaginibus ac ſimulachris indigeant uiri optimi. Nã (quẽadmodũ mea fert opinio) ad formandũ ex humanis uocibus ſermonem, haud neceſſarij ſunt uel Phœnicii, uel Ionici, uel Attici, uel Aſſyrij, uel AEgyptij characteres: ſed eos idcirco humanæ mentis imbecillitas inuenit, ut eſſent certæ notæ in quibus homines hebetudinem propriam imprimentes, ex eiſdem poſſent reformare memoriam. Sic etiã diuinæ naturæ nihil opus eſt ſignis, aut dicationibus ſacris: uerùm humana ingenia, imbecillitatis propriæ conſcia, tantúmque à diuina natura diſtantia, quantum diſtat cœlũ à terra, certa conſtituerunt ſigna, in quibus conderent & nomina & gloriam deorum. Qui igitur memoria ualent, uigéntque ita animo ut rectà tendentes in cœlũ, diuinæ ultro naturæ occurrãt, ij nihil indigent dicationibus ſacris. Rarũ tamen id hominũ eſt genus: neque reperias unquã populi cœtum ita memorem diuinæ naturæ, ut eiuſdem admoneri non egeat: perinde ac pueri ſolẽt tenuibus quibuſdam notis à grammatiſtis expreſſis, conſtituta memoria, ad ediſcẽdam artem manu quodammodo perduci. Viſi ſunt enim legumlatores quaſi cuidam gregi puerorũ dicationes has ſacras tradidiſſe, ut eſſent ſigna quædã diuini

*cultus ac uiæ, qua quodammodo ad reminiſcentiam di-
uinæ naturæ ducerentur. Verùm dicationum ſacrarum
haud una lex eſt, haud unus eſt modus, haud una eſt
ars, haud una materia. Putarunt etenim Græci ad cele-
brationem deorũ conducere eã præcipue rem, quæ pro-*
223 *pter puritatẽ materiæ, propter effigiẽ humanã, propter
artis cõſummationẽ, pulchritudine cæteras uinceret. Ne-
que perperã decreuiſſe putandi ſunt qui ſimulachra
deorũ ad humanã effigiẽ ſtruxerũt. Si enim animus ho-
minis accedit proximus deo, ac præ cæteris rebus, eius
ſimilitudine inſignitur: minimè profectò decuit, deũ, illi
qui ſibi eſſet ſimillimus, ineptũ aliquod tabernaculũ cir
cundacere: uerùm id potius quo optimè immortalis ani-
mus geſtaretur, quod expeditũ eſſet ac facilis motus. Solũ
etenim corpus humanum, ex cunctis terrenis corpori-
bus, uultu ſuſpiciens in cælum, & præſtantiam, & ala
critatem, & decoram compoſitionem oſtendit: nec pro-
pter magnitudinem terribile, nec propter ſetas formi-
dabile, nec tardum ex grauitate, nec læuitate lubricũ,
nec propter duritiem, tactui moleſtum, nec propter frigi
ditatem humi ſerpens, nõ propter caliditatem petulcum,
nõ propter raritatem compagis, ad natationem factum,
non propter immanitatem, crudas carnes, non propter
debilitatem, radices depaſcens: uerùm in operibus ſuis
muſicè compoſitum, formidabile prauis, placidum pro-
bis, natura greſſibile, alatum ratione, arte compos nata-
tionis, frugibus ueſcens, terrã labore exercẽs, pomiuorũ,
coloris honeſti, decenti præditum ſtatura, bene oculatum,
barbæ decoræ. Per huius igitur corporis formam ſanxe-
runt Græci deos celebrari oportere. barbari autem, &*

ipſi

ipſi deum intelligunt omnes, alijs tamen atque alijs ſignis uſi ſunt. Perſæ *adorant ignem diarium, nimirũ diuinitatis ſignum, inſatiabilem, uoracem.* Huic *quum ſacrificant* Perſæ, *alimentum præbentes, his uerbis utuntur,* Ede ignis *domine.* Qui *quum eiuſmodi faciant, nónne merẽtur audire:* O *ſtultiſſimi gentiũ, qui poſthabitis tãtis ac talibus diuinitatis ſignis, ut eſt placida terra, ut lucidus ſol, ut nauigabile æquor, ut fœcundiſſimi amnes, ut uitalis aer, ut poſtremo cælũ ipſũ: igni potius operam nauatis, feriſſimo ac leuiſſimo deorum, quem non ſolùm paſcatis lignis, extis, & odoramentorum omni copia, uerũ huic uel ſimulachro, uel deo* Eretriam *atque ipſas* Athenas, Ionica *templa,* Græcorum *deorum*
214 *ſimulachra dediſtis abſumenda.* Non *poſſum non ſuccenſere* AEgyptiacis *etiã legibus.* Bouẽ AEgyptii *colunt, auem, hircum, atque animalia* Nili: *quorum mortalia corpora, miſeræ uitæ, humillimi aſpectus, obſequium ſordidum, turpiſſimus cultus.* Moritur *apud* AEgyptios *deus, lugetúrque: cuius & templum & ſepulchrum* AEgyptij *oſtendunt.* Et Græci *quidem ſacrificant optimis uiris, quorum uirtutes proſequuntur honoribus, calamitates autem obliuionibus delent: at* AEgyptij *proprijs dijs pariter impendunt honores & luctum.* Penes *mulierem* AEgyptiam *crocodili catulus educabatur, hanc* AEgyptij *beatam putabant, quæ ſcilicet deum nutriret: eorum aliqui & nutricem & alumnum demulcebant.* Mulieris *huius ephebus filius erat, deíque huius æqualis, quocum educaretur ac luderet.* Deus *uerò ille, interea dum infirmis uiribus eſſet, cicur admodũ erat: at aucto corpore, ingenium detexit, puerúmque*

*æqualem occidit. Infœlix autem AEgyptia, ob eam ne-
cem fœliciter actum cum filio putabat, cuius necis bene-
ficio, filius contubernalis dei donum effectus eſſet. Et
AEgyptiaca quidē huiuſmodi ſūt. Alexāder autē ille Ma
cedo, qui Perſas euertit, Babylonem uicit, ac Darium
cepit, perrexit ad Indiā, præterquam Liberi patris,
& Alexādri (ut ferebant Indi) cunctis aliis exteris exer
citibus ad eam ætatem inacceſſam. Quū aduerſus Ale-
xādrum hūc arma ſumpſiſſent Indici reges Porus &
Taxiles; Porus quidem capitur pugnans, Taxiles uerò
in amicitiam ac ſocietatem recipitur. Oſtendit Alexādro
Taxiles quæcunque miranda erant in Indica terra,
maximos amnes, uarias aues, odoriferas plantas, ſi qua
præterea ignota eſſent oculis Græcorum. In ijs animal
quoddā eximiū, Liberi patris ſimulachrū, cui ſacrificāt
Indi: draco erat, quinque iugerū magnitudine. is deue-
xo quodam in loco alebatur, & anfractu profundo, de-
ſuper altiſſimis muris circunſepto. Indorum uerò ar-
menta deuorabat, præbentibus Indis oues ac boues in
cibum, quaſi tyranno cuidam potius quàm deo. Heſpe-*
225 *rij Libyes incolunt terram, collū uidelicet anguſtum, in
longitudinem porrectum, ac mari circundatum (ſcindi-
tur enim circa colli uerticem Oceanus, aquarúmque ui
terram amplectitur:) his hominibus inſigne eſt Atlas.
Eſt autem Atlas, concauus mons accliuis ualde, ita ad
excipiendum pelagus patens, quemadmodum patent
ad aerem theatra. In medio montis eſt locus, uallis ui-
delicet perbreuis, haud admodum lata, pinguis tamen
atque arborum ferax: in quam ſi quis ex uertice ipſo
deſpiciat, in imum credat ſe puteum deſpicere. Deſcen-*

ſus uerò, propter interiora prærupta, difficilis eſt, & alioqui religione prohibitus. Verùm quod in hoc loco mirabile eſt, quum Oceanus æſtuans littus obtundat, alijs quidem in locis adiacentes campos aſpergit: ubi uerò ad Atlantem accedit, in ſpeciem erigitur montis. Propterea uidere eſt aquam ut propria ſtantem, inſtar muri, quæ neque uallem influat, neque ſoli attactu fulciatur. Inter montem ac mare multum eſt aeris, nemúſque in conualle receptũ. Is locus apud Libycos ſacer eſt, ac dei, iuſiurãdi diuinitatiſque ſignum. Celtæ colunt Iouem: Celticum uerò Iouis ſignũ, altiſſima quercus. Pæones ſolẽ uenerãtur: ſignũ autẽ ſolis Pæonicũ, diſcus breuis, lõgo impoſitus ligno. Arabes deũ quidem habẽt: qualem tamen, minimè noui: tametſi eius ſimulachrum aſpexi, tetragonum uidelicet lapidem. Venus à Paphijs colitur: cuius inſigne nulli rei magis aſſimiles, quàm albæ pyramidi. at materia pyramidis omnino ignota. Apud Lycios Olympus ignẽ emittit, haud ſimilẽ Aetnæo: quũ placidè atque ordinatè mittatur: is ignis, & ſacer, & diuinitatis apud Lycios eſt ſignũ. Phryges qui circa Celænas habitant, amnes duos Marſyã & Mæãdrũ uenerãtur: hos edit fons unus, ut & ipſe ſum teſtis: fons uerò ad montẽ accedens, contra dorſum urbis abſcõditur atq; abſorbetur: rurſúſq; ex urbe emergit, diuidens fluuiis & nomina & aquã. Mæãder nanque in Lyciã profluit, Marſyas uerò circum adiacẽtibus cãpis abſorbetur.

216 *Sacrificãt Phryges ijs fluuijs, ambobus aliqui, ſeiũctim uerò aliqui peculiaritérq; aut Mæãdro, aut Marſyæ. Iaciũt etenim uictimarũ coxas in fontem, celebrãtes eius fluuij nomen cui ſacrificium fecerunt. Coxæ ad montem*

deuectæ,quem unà cum aquis ſubeunt: ſi quidem ſacrificium fuerit tributum Mæandro,nunquam in Marſyam emergunt: ſin uerò contrà Marſyæ datum, Mæandro minimè miſcentur. at ſi ſacrificatum fuerit ambobus,ex æquo diuiditur donum. Mons Cappadocibus eſt deus,iuſiurandum,ac ſimulachrum: Mæotis palus & Tanais,Maſſagetis. O infinitā ac diuerſam ſignorū multitudinem: quorum aliqua finxerit ars, aliqua commendarit uſus: multa propter utilitatem colantur,multa propter terrorem uenerentur,multa propter magnitudinem diuina ſint habita, nonnulla,pulchritudine laudentur. Neque reperias hominum genus, ſiue barbarum,ſiue Græcum,ſiue maris,ſiue continentis incolam,ſiue paſtoritium, ſiue urbanum,quod penitus reſpuat ſignificationes aliquas ponere gloriæ deorū. Quomodo igitur ſententia feratur in ea dubitatione ſermonis, utrum ſcilicet diuinitatis ponenda ſint ſigna,an omnino negligenda? Quāuis neceſſaria magis putanda eſſet hæc quæſtio,ſiquidem de ijs legibus agatur, quas accepturi ſint homines ij qui uel extra noſtratem hanc regionem poſiti eſſent, nequaquam communi hoc aere utentes, uel recentiſſimè humo progniati, uel etiam ab aliquo Prometheo confic̃ti,noſtræ huius uitæ rationis ac legis imperiti. Nam ſi ijs hominibus ſtatuendæ ſint leges,eā fortè conſiderationem imbibimus, utrū expediat ſinere hoc genus hominum contemptum uiuere ijs diuinitatis imaginibus, quas natura ipſa produxit, reiecta prorſus uel eboris,uel auri, uel quercus, uel cedri, uel amnis, uel auis adoratione (quorum potius loco ſurgentem ſolē, illuſtrem lunam, uariatum cælū,terram ipſam,aerem

ipſum,ignem quoque integrum,& uniuerſam aquam ueneretur)an idem genus cogendum magis ſit,lapidum, lignorum,ac formarum cultum ſuſcipere. Sin uerò *tempus communis omnibus lex eſt: quæ ſemel poſita ſunt, ſtare ſinamus,gloriam ſuſcipientes deorum, eorúmque myſteria, quemadmodum & nomina, ſeruantes.* Deus *enim rerum omnium pater atque opifex,antiquior ſo-*
227 *le & cælo,tempore melior,æuo melior,omníque fluxibili natura,ſine nomine legiſlator,innominabilis uoci,inuiſibilis oculis eſt: cuius quum minimè poſſimus ſubſtantiam capere,neceſſarium eſt inhærere uel uocibus,uel nominibus,uel animalibus,uel formis aureis,eburneis, argenteis:uel plantis, uel fluuijs, uel culminibus, uel ſcaturiginibus aquarum.* Nam *quum deſiderium nos habeat diuinæ naturæ intelligendæ, ita eſt humanæ mētis imbecillitas, ut quæcunque hominibus pulchra uideantur, ab ipſius dei natura, diuina nuncupemus: ſequentes amantium illum affectum,quibus eorum quos amant,ſimulachrum,præbere iucundiſſimum ſolet ſpectaculum: iucundè etiam inſpicitur lyra,iaculum,ſella, circus, uel quicquid poteſt amati memoriam ſuſcitare. Quid igitur mihi uel inquirendum ſupereſt,uel decernendū de dicationibus ſacris?* Dum *mortales intelligāt genus unum diuinæ naturæ, ſiquidem* Græcis *eius memoriam excitet ars* Phidiæ, *aut* Ægyptijs *animalium cultus,aut alijs gentibus amnes,alijs ignis: diſſonantiam non accuſo. unum intelligant, diligant unum, memorent unum.*

AN RECTE FECERIT SOcrates qui noluerit vti apologia.

Sermo XXXIX.

ACINVS *indignum: ſingulis alijs artibus*
F *indultum eſſe ut nequaquam ad iudicium*
uulgi trahantur: quũ neque licitum ſit, gu-
bernatorem, qui uel opem tulerit naui, uel exercuerit
artem iuxta nauticæ ipſius rationem, apud artis igna-
ros reũ fieri: neque medici alicuius actiones, curationes
præceptáque uiuendi, ab ægrotis ipſis inſpici, ac pro-
bari: non figulos, non ſutores, non præter hos, ignobilio
ra tractantes, artificij proprij ſuſtinere alium iudicem
præterquam artis eiuſdem cõſortem: Socratem uerò, in
quo nec Apollo aliquantulam ignorantiam taxauit (ille,
*inquã, Apollo, qui arenæ maritimæ numerũ noſſet, & *
diuinatione prodere poſſet) nondũ à calumniis & accu-
ſationibus quietem impetrare potuiſſe: quin potius in-
currere eum in dies in acerbiores Anyto ac Melito ſyco
228 *phãtas, ipſiſque illis iudicibus quos ea tempeſtate Athe*
niẽſis habuit populus. Qui ſi pictor aut ſtatuarius fuiſ
ſet, quales Zeuxis, Polycletus & Phidias fuerunt, nequa
quam ei eſſet interdictum, quin gloria artis, cũ laude
& approbatione, cum laude intuẽtium cunctorũ, opera
ſua poſteritati trãſmitteret. Eorum, inquam, operũ quæ
tantum abeſt ut ſpectatores aliqua cenſura perſtrin-
gant, ut neque examinare etiam audeant: ſed potius
ament liberã gratuitámque laudem nobilibus illis ſpe-
ctaculis impendere. Si uerò is ſit qui cõmendationem ac
laudem, non à pictura, aut ſtatuaria, aut à mechanicis
artibus accipiat, ſed potius à ratione, à labore, à meri-

*bus, à frugalitate, conſtantia, temperantia, cæteriſque
uirtutibus, ex quibus ſe compoſitum, conſummatum, de-
corúmque reddiderit: hunc ad ſtabilem gloriã ac cer-
tam laudem pertingere non pati, iudicéſque eiuſdem
artis conſortes impetrare non poſſe: ſed potius quotidie
diuerſas aliquas calũnias atque oblocutiones ſuſtinere,
quis ferat? Qualis ea eſt quæ in præſentia conſiderã-
da occurrit: Socratem hũc Melitus accuſauit, ſtatuit in
iudicio Anytus, oratione inſectatus eſt Lycon, Atheniẽſes
dãnauerunt, Vndecimuiri uinciri iuſſerũt, carnifex ne-
cauit: at ille accuſantem Melitũ deſpexit, Anytũ dela-
torẽ contẽpſit, cauſidicũ Lyconem deriſit, aduerſus A-
thenienſiũ decretum aliter ipſe decreuit, mulctantibus
illis, aliam ex aduerſo mulctam indixit, uincientibus
ipſum Vndecimuiris præbuit corpus (erat enim imbe-
cillius corporibus multis) animum minimè præbuit, qui
erat Athenienſiũ omniũ præſtantiſſimus: carnifici ne-
quaquã infeſtus, ob uenenũ minimè cõmotus. Verùm hic
quem Atheniẽſes dãnarunt inuiti, diem obijt libẽs. Hu
ius rei maximũ illud eſt argumentum: nam quũ ei licitũ
eſſet damnationem redimere pecunia, atque etiã fuge-
re occultè, mortem tamẽ maluit obire. Quòd uerò Athe
nienſes inuiti dãnauerunt, peracti mox pœnitentia iu-
dicij ſatis probat. qua una re quid accidere iudicibus po
teſt, propter quod magis irrideri mereãtur? Vis etiã ulte
rius Socratis factũ exquiramus, num opportune illa om-
nia egerit, an importunè? Quid igitur? Siquis accedens
narrauerit tibi, eſſe uirum Athenis in ætate ſenili conſti
229 tutum, profeſſione philoſophum, inopem fortuna, optima
natura utentem, diſertum, perſpicaciſſimi intellectus,*

uigilantiſſimum, ſobrium, qui nihil unquam temere fecerit, aut dixerit: ad multam ſenectutem peruenerit: laudatores habuerit morum ſuorum, ex Græcis haud ingenio poſtremos, ex dijs uerò Apollinem ipſum: Et hunc quum propter inuidiam, propter inimicitiã, propter honeſtatis odium petitus eſſet, ex theatralibus ab Ariſtophane, ex ſophiſtis ab Anyto, ex ſycophantis à Melito, ex oratoribus à Lycone (quorum alius eum in comœdia luſerit, alius in iudicium capitis traxerit, alius detulerit, alius oratione perſtrinxerit, alij uerò condemnarint:) in primis quidem Ariſtophani infenſum, eum uiciſſim in Dionyſiis, Comicis ſalibus haud irremuneratum abire ſiuiſſe, quum maximè iudices maderent: pòſt accedentem ad iudicium, cum accuſatoribus dicendo cõgreſſum, longiſſimam orationem habuiſſe, defenſionem uidelicet, ad demulcendos iudices egregiè compoſitam: cuius procemium auditores attentos ac beneuolos redderet, narratio ad perſuaſionem appoſita eſſet, coniectura, fides, ueriſimilitudo demonſtrationem firmarent: dein in iudicium teſtes adduxiſſe uiros & opibus & fide apud iudices, inter cæteros Athenienſes, præſtantiſſimos: non peperciſſe præterea ſupplicationi, miſericordiæ, lachrymíſque in tempore emiſſis: Poſtremò adductis in conſpectu iudicum Xãthippe uxore, filiolíſque eiulãtibus: ijs omnibus modis iudicum animos uerſaſſe: Quapropter per miſerationem ſuffragiorum, abſolutione expugnata, iudicium euaſiſſe. Papæ egregium uictorem narras. credo etiam (ſi dijs placet) is quoque ſe ex iudicio proripuiſſet in Lycæũ & Academiam: cæteráſque diſciplinarum ſcholas lætus inceſſiſſet, tanquam

qui ex hybernis tempeſtatibus ſoſpes euaſiſſet. Atqui,
ſi hæc ita geſta fuiſſent, quomodo philoſophia uirũ hũc,
quẽ, quoad eius fieri potuit, rarũ atque egregiũ effecit:
quomodo, inquam, excepiſſet? Non mehercle melius
quàm laniſta certatores delibutos unguentis, ſine ſudo-
re ac puluere coronatos incedere, minimè uel ictos, uel
uulneratos, uel ferentes ueſtigium aliquod uirtutis. Ve-
230 *rumenimuero, quæ fiducia* Socratẽ *ad defenſionẽ hor*
taretur? Num *conſideret ſe iudices æquos habiturũ? at-*
qui iniquiſſimi erant. Num *ſapientes? atqui dementes*
erant. Num *bonos? at improbi erant.* Num *manſuetos?*
at iracundia æſtuabant. Num *ſimilitudine aliqua ſe-*
cum obſtrictos? at diſſimillimi erant. Num *meliores? at*
peſſimi erant. Num *deteriores? at quis ſe meliorem*
agnoſcens, deteriori committere ſe uelit? Fac *eum cau-*
ſam dicere: nunquid philoſophiam abiurabit? mentie-
tur omnino. Num *philoſophiam profitebitur? at ea præ-*
cipuè cauſa illorum in ſe uerterat odium. Nihil *mediuſ*
fidius horũ dicere ipſum oportuit. Refelleret *aduerſa-*
rios, ac iudicibus probaret ſe iuuẽtutẽ nequaquam cor
rupiſſe, neque ſe nouos dæmones induxiſſe? Vide *quam*
rem ageret, quantúmque negotij ſuſtineret, qui homi-
nes artis ignaros, de ijs quæ in artificio uerſantur, do-
cturus eſſet. Vnde Athenienſibus *erat ut intelligerent*
quid eſſet iuuentutem corrumpere? quid uirtus? quid
dæmon, aut quomodo colendus? De *quibus neque mille*
iudices fabarum ſuffragiis creati, unquam inquirunt,
neque Solon *aliquid ſcripſit, aut* Draconis *uenerandis*
in legibus habetur: in quibus potius agitur de citatione,
de peculatu, de accuſationibus, de rationibus redden-

dis, de iuramẽto: quæ quidẽ omnia in Heliæa *peritiſ-*
ſimè tractantur, & ſimilitudinem gerunt cum pugnis
contentionibúſque uerborum, quas ſæpius inter puero-
rum greges, talorum luſus ſolet excitare, dum ſibi in-
uicem inter ludendum aut rapiunt, aut aliqua iniuria
ſe afficiũt. Veritas, *uirtus, rectáque uita alios iudices po*
ſtulat, alias leges, alios oratores: quorũ iudicio Socrates
uictoriã, coronam ac laudationẽ accepiſſet. qui ſi uelit,
& ſenex & philoſophus, pueris mixtus, talis ludendo
ineptire, irriſionẽ quomodo effugiat? Quotus *quiſque*
medicus eſt, qui perſuadere febrientibus poſſit, optimum
eſſe ſitim ac famem tolerare? Quotus *qui petulantem in*
ſententiã trahat, quòd uoluptas ſit maximũ malum?
Quis *auarũ, docilem fecerit nihil eum cupere boni?* Id *ſi*
fieri facilè poſſet, etiã Socrates Athenienſes *perſuaſione*
cepiſſet quòd ſtudium uirtutis minimè iuuentutem diſ-
ſoluat: quôdque illuminatio quædam diuina de dæmo-
num natura, nequaquam trãſgreſſionem legis inducat.
Nam *aut hæc* Atheniẽſes *pariter cum* Socrate *callebãt:*
aut hic callebat, illi ignorabant. ac ſi quidem callerẽt,
quid edoctos iam docere iterũ oportuit? ſin erant igna-
231 *ri, profectò non defenſione tentandi, ſed potius ad edi-*
ſcendam huiuſmodi ſcientiam fuerant inuitandi. Alias
etenim defenſiones manifeſtas efficiunt teſtes, fides, ar-
gumenta, coniecturæ, probationes, cæteráque huius gene-
ris cõplura: ob eam cauſam, ut quod interim abſconditũ
fuerit, in conſpectũ iudicum prodeat. Virtutis *& probi-*
tatis unicũ eſt argumentũ, reuerẽtia uidelicet erga uir-
tutes. qua quidem eo tempore ex Athenis *eiecta, quid o-*
portuit Socratem *orare ut effugeret necem?* At *ſi mors*

ipſa bono huic uiro præcipuè uitanda fuit, continuò ſupereſt, nõ illud quidem, quod expectare te uideo, ut illi ſcilicet coram iudicibus pro ſeipſo fuerit dicendũ, ſed potius, ut pugnantia maximè que contraria cõmittuntur: hoc eſt, ut qui ueluti publicus quidam acérque temperantiæ magiſter atque inexorabilis fuit, nemini unquam nec ſeruile quicquam, nec blandum, nec humile, nec ſummiſſum loquutus: idem ingenij ac profeſſionis ſuæ oblitus, præ necis metu, nolit Melito infeſtus eſſe, nolit Anytum reprehẽdere: ac demũ quiete ſua contentus, uicos urbis plateáſque luſtrare nolit, nota cenſuræ cuiuſque hominis cõditiones, artes, ſtudia & cupiditates inceſſere. Sin uerò & ſtrenuus miles, & intrepidus gubernator, ſuo quiſq; ſtudio intentus, mortem contemnit, optántque præclari artifices opificijs ſuis cõmori: decuítne philoſophũ ſcilicet aſſignatum ſibi in acie locum deſerere, ægrè que aut terrã aut uitam relinquere? & uirtutẽ ueluti ſcutũ proiicere in pugna? Talia Socratẽ agere, quiſnã iudex aut laudare, aut ſaltẽ ferre poſſet? ſtare eum in iudicio reũ, humilem, pauidum, uiuendi ſpem ab alijs, ueluti ſtipem, mendicantem? hoc eſt enim apologiæ munus ſuſcipere. An uerò loqui ipſum oportuit nihil mehercle quod uel humilitate, uel pauore, uel ſummiſſione turpe uideretur, ſed quod potius liberam contumaciam, à magnitudine animi non à ſuperbia inductam, dignitatẽmque philoſophiæ oſtenderet? Apologiam minimè ais, ſed tumorem, incendium atque iracundiã. Qua animi æquitate defenſionẽ iſtam exciperet impurus ille iudicum conſeſſus, populariſque licẽtiæ alumnus, liberis uocibus aſſuetus, cõtinua aſſen-

tatione deprauatus? Haud mehercle melius quàm in
232 *comeſſatione petulantium hominum feratur ſobrius uir, uel huic auferens craterem, uel ab illo tibicinam abducens, uel alijs eripiens coronam, ebrietatem comeſſantium diſcutere, tentare. Quamobrem ſatius fuit Socratem tacere, ubi minimè licuit nõ turpiter loqui. Sic enim maximè ſeruauit uirtutem, iracundiam compreſſit, iudices præterea in infamiæ ſordibus reliquit, quòd tacentem damnare nequaquam eos puduiſſet. Magna nimirũ illi ſperare licuit, aures iudicum obtundendo. Socratem enim illum, quem neque ſeptuagenarium uitæ curriculum, neque philoſophia ipſa, neque continua uirtus, uita minimè labilis ac ſana, uiuendi ratio puriſſima, proba conſuetudo, utiliſſima colloquia, optimi conuictus, nequaquam ſatis à iudicio, à uinculis, à morte eximere potuerunt: clepſydráne, quæſo, ad breue dicendi ſpacium conceſſa abſolueret? At neque poterat, neque ſi poſſet, id Socrates acciperet. id Iupiter dijque omnes auertant. Quid ſi Leonidam illum Spartiatam ex aſtantibus aliquis hortetur, ueluti proditor armatus, ut ſe ſubducens ex pugna, ad euitandum impetum Xerxis, ſibi conſulat fuga, id Leonidas ille acciperet? & nõ potius mallet pro uirtute occumbere, quàm quòd barbaro dediſſet terga, infamiam ſubire? Quid igitur aliud erat Socratis deféſio, quàm terga uertere? quàm corde atq; animo fugere? quàm honeſto prætextu paueſcere? Igitur in acie ſtetit, impreſſionẽ ſuſtinuit, uictoriã adepꝰ eſt: quamuis Athenienſes putarent ſuis Socratem decretis euerſum eſſe. Id etiam Xerxes de Leonida putauit: at Leonidas obijt, uictus eſt Xerxes. Socrates itidẽ*

interiit, Athenienſes pœnam pertulerunt. Iudicium enim exercuit deus, exercuit ueritas. Accuſatio Socratis huiuſmodi fuit: Peccat Athenienſium populus, qui nequaquam recipit deos qui pro dijs habentur à Socrate, eique nouos dæmones imputat. Socrates recipit Olympium Iouem: Athenienſes uerò Periclem. Socrates fidē
233 habet Apollini, Athenienſes contra Apollinem decernunt. Peccat populus, iuuentutem corrumpendo. Is nanque Alcibiadem corrupit: is Hipponicum, Critiam, alióſque permultos. O accuſatorem ueritate nitentem! ô æquiſſimum iudicium! ô dānationem acerbam! ob impietatē in Iouē peſtis acceſſit, bellúmque à Peloponneſijs illatum eſt: at pro iuuentute corrupta, conſtructa Decelia eſt, acceptáque in Sicilia & in Helleſponto calamitas magna. Eiuſmodi iudicijs decretíſque utitur deus.

QVID SIT SCIENTIA.
Sermo XL.

QVID id eſt in quo homo differt à bruto? quid præterea illud in quo homo differt à deo? Equidem ita exiſtimo, homines haud alia re, quàm ſcientia ipſa, præſtantiores brutis: haud alia, quàm propria impuritate, dijs inferiores eſſe. Deus enim ſapientior homine: homo ſcientior bruto. Túne igitur ſapientiam ſeiungis à ſcientia? Minimè medius fidius magis quàm uitam à uita. Sed uita ipſa, quæ mortali & immortali communis eſt, ſi qualitatem conſideres, æqualiter utraque ſe præbet: ſi breuitatem ac longitudinem temporis, impar efficitur. Dei etenim uita in æternitatem producitur, hominis uerò in diem. Quemadmodum igitur, ſi demus potentiam oculis ſubeſſe, ut

uideant ſemper, út que continuo intuitu proiectum exci- piant lumen, minimè uel palpebrarum egentes tegumento, uel ſomno ad inſtaurationem uigoris, uel noctis ad quietem captandã: ea accepta, nihil à cæteris oculis differant præterquã poteſtate cõtinuè uidendi: Sic etiã ſcientia, res communis & homini & deo, aliter tamen à deo, aliter ab homine habetur. Ac diuinam quidem uidebimus ſtatim: nunc autem ad eam quæ magis eſt cognita, accedamus. Quid id eſt quod in homine eſt, intel ligere, ſcire, diſcere, & cætera generis eiuſdem, ex quibus ita uocatis, ſpeculationis habitũ quendã animo ad-
234 *iicimus? Nũquid omne id quod ſummatim breui quadam conſideratione colligit ſenſus, ac peritiã uocat, intráque ad animũ ducit, poſtquã in illam peritiã ratiocinatio ſignum impreſſerit, ſcientiã dicemus? Tale quid dico. Hominum primi, qui nunquã uiderãt nauẽ, externorũ cõmercia adamantes, utilitatis ſtimulis acti, quũ circũſcriptos ſe cernerent à mari, nantem uiderunt auẽ ex aere delapſam. Viderunt præterea ponderoſum aliquod corpus leuiter ſuper aquas deferri: aut arborem, quam fluuius traxiſſet. Fortè etiam aut aliquis (ut fert caſus) quũ mergeretur inuitus, ac cogeretur membra iactare, eorũ artificio enatauit: aut etiã libens ludẽnſque natationem ipſam tentauit. Hos ſingulos caſus peritia colligẽs atque horũ collectione nauigationẽ meditatus, primùm ineptum aliquod atque informe uehiculũ conſtruxit è materia leui, ut eſt ratium forma, ex colligatis permultis lignis rudibus compactum: paulo pòſt, ſenſus adiuncta ratiocinatione procedens ac ſapientior effectus, uehiculũ cauum inuenit quod impelleretur à remis, uelíſque*

ſuſpenſum ferretur à uentis, temone ad rectitudinẽ cur-
ſus regeretur: atque huic uitam & ſalutem ſuam commi
ſit, gubernatoris duntaxat ſcientiæ confiſus. Medicinæ
uetuſtiſſimum inuentum his initiis ortum, conſtans eſt fa-
ma: Eum qui uexaretur à morbo, domeſtici exportantes,
in frequentiſſimo uico ſtatuebant, ut à tranſeuntibus
uiſus, de qualitatibus morbi rogaretur. Ita qui tulerat
depuleràtque ſimilem morbũ aut medicamentis ſum-
ptis, aut cauteriјs, aut inciſionibus, aut tolerãtia ſitis,
prodito remedio laborantem iuuabat. Similitudo igitur
morbi, remediorũ colligens memoriã, ſummam eius quod
ex iјs hominum congreſſibus acceperat, ſcientiam fecit.
Eodem etiam modo architectura, æraria, textura, pictu
ra, incrementa ſumpſerunt, manu quodammodo ſin-
gulæ ab experientia perductæ. His ita ſe habentibus, u-
trum dicemus ſcientiam eſſe animi ipſius conſuetudinẽ,
ad quæcunque opera & ſtudia humana, an & idẽ ex-
tendemus ad bruta? quando ſenſus, atque experientia
235 minimè ſolius hominis ſint. Nam & ſentiunt bruta, &
ab experientia nonnihilum docentur, uſqueadeo ut
poſſint in participatum ſapientiæ uenire. Grues per æ-
ſtatẽ ex AEgypto ſurgentes, extenſis alis, uelut quibuſ-
dam uelis, per aerem feruntur rectà in Scythicam ter-
rã. Hoc animal quod minimè decoræ formæ numeroſim
plet, cui ſcilicet habitior eſt uenter, longiſſimum collũ, po-
ſteriora leuiſſima, alæ parum fultæ, diſpacta membra,
in uolatu fluitare uidetur, inſtar nauis quam undæ agi-
tant & impellunt. hoc intelligens grus, ſiue ſentiens, ſi-
ue etiam experta, non ante uolatui ſe credit, quàm la-
pidẽ roſtro ſuſceperit, firmamentum uidelicet uacillaturi

uolatus cuſtodiámque ſalutis. Cerui ex Sicilia in Calabriam circa Rhegiū urbem tranſfretantur per æſtatem, natantes deſiderio pabuli: uerùm (ut credere par eſt) longitudine natationis defeſſi, propterea quòd onus capitis ſuper aquas extantis non facilè ſuſtinent, ad leuādum laborem, rationem hanc inuenerunt. Natant quidem ordine cuncti, unius ductum alius poſt alium ſequentes, quaſi exercitus imago congruo ordine incedentis: inter natandum uerò ſinguli ſuper anterioris lumbos caput imponunt. At ſi contingat ordinis decurionem ſub labore deficere, continuo in tergo locatur, aliúſque decurionis in locum ſuccedit, alius tergiductor efficitur: quaſi ſit acies, in qua Xenophon tergum, frontem Chiriſophus regat. uſqueadeo ut etiam ad hoc genus brutorum militaris diſciplina tranſiſſe uideatur. Haud igitur ſenſus experientiáque ad hominem pertinent duntaxat. Cuius hominis tantùm peculiaris eſt ratio. Neque aliud eſt ſcientia, quàm ſtabilitas rationis iiſdem ſemper ueſtigijs hærentis, captantis primò cognatas quodammodo res, pòſt diſtinguentis quicquid in eis uiderit diſſimile. Quarum quæ ſimilitudinem ſeruant, inuicem cōparat, & ut ita dicam, quaſi amica connectit: confuſa autem ac repugnantia diuidit, inordinata in ordinem, diſſonantia in conſonantiā reſtituit. Eiuſmodi ſunt arithmeticæ, geometricæ, muſicæ, cæteræque diſcipli-
236 plinæ quæ ſeſe penitus à mechanicis uendicant, ac rationis prodierunt impulſu. Has tamen Homerus nequaquam ſcientiarum antiquiſſimas uocat, uir & antiquitate & fide inter cæteros præſtans: ſed potius hos uiros admiratur, tanquam ſolos ſapientes: uatem, &

medi

medicum morborum, ac ligna ſtruentem, carmine præterea clarum. O *æqualitatem dignitatis: ſapiens uates, ſapiens faber, ſapiens medicus: æqualis uidelicet honor* Apollini, AEſculapo, *ac* Phemio. *Videndum eſt tamen an* Homerus *dignitatem ſcientijs ob inuentionem magis quàm ob utilitatem impendat.* Id *à nobis minimè ſequendum eſt, ſed potius hoc modo dicendum.* A*nimam uidelicet hominis, rerum omnium expeditiſſimum atque ocyſſimum motum habentem, utpote quæ ſit conglutinata ex mortali atque immortali natura, ob eam partem quam à mortalitate deſumpſit, ſub brutali natura cenſendam eſſe. nutrit enim, auget, mouet, ſentit, ob immortalitatem uerò ad diuinitatem accedere, quæ ſcilicet cogitat, ratiocinatur, e diſcit, atque efficitur ſciens.* Q*uatenus autem natura ipſa mortalis cum immortalitate concurrit, id omne dicitur prudentia: mediũ uidelicet quiddam exiſtens inter ſcientiam ac ſenſum.* E*ſtque ſenſus iſte, animæ functio, quatenus irrationalis: ſicuti mens, animæ functio, ſed quatenus eſt diuina.* H*arum media eſt prudentia, & ipſa eiuſdem animæ functio, ſed quatenus eſt humana. ſenſus enim experiẽtiam colligit, rationem prudẽtia, mens uerò ſtabilitatẽ.* I*d igitur quod ex his omnibus compoſitum harmonicè eſt, ſcientiam uoco.* E*t ſi orationi huic adijcere oportet exemplũ, dic ſenſum circa operam fabrilem, dic mentem circa geometriam uerſari, dic prudentiam eſſe qualis reperitur in architectis.* A*rs medium obtinẽs locum inter geometriam & fabrilem operam, quatenus fabricam reſpicit, ſcientia eſt: quatenus cum geometria comparatur, propter ſtabilitatem minor inuenitur.* C*ernere etiam eſt*

*ſcientiam, prudentiam, experientiámque potentias ho-
minum inter ſe eſſe ſortitas: atque hæc quidem circa i-
gnem, uel ferrum, uel cæteras materias uarias ſatage-
re. Artium ipſa copia utilitates comparat uitæ. Pruden*
231 *tia uerò, quæ affectionibus animæ præſidet, eáſque
ratiocinatione adiuncta, tanquam propriam familiam
regit, ad experientiã ipſam comparata rationem ſcien-
tiæ habet. Sciẽtia autem ipſa tantundẽ eſt minor, quan
tum circa negotiũ minime ſtabile miniméque certum di
uerſans, de eiuſdem natura effigiem capit. At mens ſupre
mum in anima honorem, ſupremum etiam imperiũ ha-
bet, quale in ciuitate poſſidet lex: haud tamen ea lex
quæ uel in tabulis ſcripta, uel colũnis inſculpta, uel cal
culis, uel manibus in concione ſancita, uel à populo lau-
data, uel probata iudicijs: neque etiã aut à Solone, aut à
Lycurgo lata: ſed cuius lator eſt deus: quæ nunquam ſit
deſcripta, cuiúſque dignitas ex ſuffragijs minimè pen
det, ac poteſtas reddẽdæ rationi nõ eſt obnoxia: quæ
præterea ſola, lex eſt. quãdo quæ temere uocantur le-
ges, ſint potius dicẽdæ falſæ quædã opiniones defectibus
refertæ, atque aberrãtes à fine. Nã ſub huiuſmodi le-
gibus Ariſtides exulauit, Pericles mulctatus eſt, neca-
tus eſt Socrates: quũ contrà ſub lege illa diuina iuſtus
Ariſtides, optimus Pericles, Socrates philoſophus eſſet.
Illarũ legum effectus, popularis eſt ſtatus, iudicia, cõcio
nes, impetus populi, principũ uirorum corruptiones, for-
tunæ uiciſſitudines, calamitates diuerſæ. At huius legis
effectus, eſt libertas, eſt uirtus, eſt uita moleſtia carens, eſt
tuta fœlicitas. Illis dominãtibus frequẽter in iudiciũ itur,
triremes implẽtur, claſſes educuntur, uaſtatur ager, pu-*

gnatur in mari, deſciſcit AEgina, *Decelia munitur, perditur Melus, Plateæ uincũtur, Sicyon diripitur, euertitur* Delus. *At harũ legũ imperio uirtus unitur, animus diſciplinis impletur, domus pulchrè diſponitur, ciuitas optimis legibus fundatur, terra maríque otium uiget, ac pax: nihil uel læuum uel inhumanum uel barbaricum dominatur: pacis omnia plena: uigent fœdera, uiget ſciẽtia, uiget philoſophia, uigent muſicæ rationes.* O *leges*
138 *cæteris legibus antiquitate præſtantes! ô legiſlatores cæteris legumlatoribus manſuetiores! quibus quiſquis libens inſtituendum ſe tradit, & liber & diues & intrepidus euadet, quotidianarúmque legum ac ſtultorum iudicum minimè cenſuram uerebitur. Quiſquis uerò iniquus homo ab earum obſeruatione diſcedet, iudicium nequaquam effugiet, haud* Athenienſium *ipſorũ calculu ſententiam ferentium, haud* Vndecim *uirorum exulare iubentium, neque etiam carnificis uenenum propinantis, ſed potius ſemetipſũ innata ac uoluntaria improbitate condemnabit.*

Mam propriis homines vitiis ſibi damna crearunt.

Hanc legem *tranſgreſſus* Alcibiades, *infortunium ſubiit, non quidẽ tunc quum ab* Athenieſibus *eſt reuocatus è* Sicilia, *aut quũ ab* Eumolpidis *præconum uoce eſt execratus, aut quum extra fines* Atticos *in exilium abijt. Leuis eſt hæc & contẽnenda damnatio. Melior enim etiã tum quum exularet* Alcibiades, *fuit ijs qui domi remãſerũt, utpote qui ab* Lacedæmoniis *haberetur in honore, quíque* Deceliam *muniuit, qui conciliatus* Tiſſapherni, *qui* Peloponneſiorum *imperium accepit. At* Alcibiadis *damnatio antiquior ualde, ab antiquiori lege*

atque ab antiquioribus iudicibus decreta, eo uidelicet tempore, quo diſcedens à Lyceo, damnatus eſt à Socrate, & à philoſophia repudiatus. Tunc exulat Alcibiades, tunc capitur. O damnationem acerbam, pertinacem execrationem, & miſerabilem errorem! Athenienſes itaque ſupplices ipſum receperunt. at quos philoſophia, ſcientia ac uirtus ſemel eiecerint, iijs & perpetuò fores occludunt, & inexorabiles manent. Talis eſt ſcientia, talis ignorãtia eſt. Ego uerò & Minois leges, ſcientiam uoco: quam ipſum Iupiter docuit per annorum nouem curriculum, ut quod diſceret Minos, beatos efficeret Cretenſes. Cyri ſcientiam, regiam appello uirtutem: quam docuit Cyrus, minimè didicere Cambyſes & Xerxes. Cyrus enim præfuit Perſis, ut pecoribus paſtor ad ſeruandum & alendum ouile, utpote qui pugnans cum Medis, & Babylonios capiens, longè barbaros lupos ar-
139 *ceret, & à gregibus ignauiam depelleret: Cambyſes uerò & Xerxes ex optimis paſtoribus euaſerunt improbi lupi, gregem tondentes, & à ſcientia longiſſimè diſtantes. Leges præterea Lycurgi, ſcientiam uoco.*

DVRIORESNE SINT CORporis an animi ægritudines.

Sermo XLI.

VETVSTVM *olim eſt carmen, quod & ipſum in ſupplicationibus canitur:* Beatorum antiquiſſima ſanitas, in reliquam uitam tecum ſim. *Libet huius carminis poetam interrogare, quænam ea ſanitas ſit quam precibus in contubernium uocet. Ego enim ſuſpicor eam diuinum quiddam eſſe, uotóque dignam, quam uideam carmine*

nec temere nec fortuito dignam ſic habitam, cuiúſque memoria ad hoc uſque tempus perduret. Et, ſi ea id eſt quod ſuſpicor, ratio nubi ex perſona poetæ reſpondeat uelim. Harmoniam in homine componunt duo, animus ſcilicet ac corpus. Quorum, ſi animus natura ægritudinum eſſet immunis, nimirum huius carminis uotum duntaxat pertineret ad corpus, quod quidem ſuapte natura palàm eſt morbis ac curationibus expoſitum eſſe: Sin uerò ambo pulcherrimè & aptiſſimè in naturæ coniuncti ſunt, ſiquo uitio eorum partes perturbari contingat, fiátque ut per impotentem uim alter alterius ſibi uendicet munus, iuxtà ac populus uel tyrannus in ciuitate conſueuit, impedimentum cæteris partibus affert, ipſarumque temperamentum euertit. Et hoc eſt quod uel animi uel corporis impotentem uim uocamus: nemínique dubium quin eorũ uterque (quantum ad ſeipſum attinet) ſanitatem expoſcat. At inuicem cõparatis, haud erit utrobique par appellatio. Verùm utrius ſalutem ac ſymmetriam, beatorum antiquiſſimam appellemus: ut utriuſque infirmitatem ex oppoſita illi ualetudine noſcentes, perſpicere poſſimus ab utra maius ad hominem perueniat malum. agedum totam hanc rem in hunc modum ſtatuamus. Ex animo & corpore conſtitutus eſt homo, in eóque animus imperat, obſequitur corpus. Et quidem eodem ferè modo in ciuitate aliquis regnat, reliqui parẽt: & tam qui imperat quàm qui paret, ciuitatis pars eſt. Harum utrius potius uitio miſera ciuitas fiet? Fac populum inuaſerit
240 *languor: nónne Pericles, ualens atque optimus rector, populi diſcuſſit languorem? Contrà Syracuſis Dionyſius*

tyrannico contagio opprimatur, populus, quanuis ſanus, tamen ad recipiendam ſalutem inualidus fit. Viſne corpus ut populum, animum ut principem eſſe? Ita, ut opinor. Itaque imaginem cum imagine conferens, conſidera pluríſne populus quàm rector, an corpus quàm animus habendus ſit. Populus quidem, furioſus eſt: nónne itidem & corpus? Populus eſt multiplex, multiſonus, multipliciter affectus: corpus itidem ex diſſimulibus multis permixtum eſt. Idem populus ex diſſimulibus multis ac colluuione quadam coagmentatus. Populo quid eſt quod ſit ad iracundiam propenſius? in cupiditatibus uehementius? in uoluptatibus mollius? in doloribus abiectius? in iraſcentia aſperius? Eadem hæc uitia attingunt corpus: quod quidẽ & ipſum cupiditatibus, appetitionibus, uoluptatibus atque impetu rapitur. Nũc principem cõparemus cũ principe. Princeps in ciuitate, imperantis habet officiũ: idémque eſt & honor altiſſimus & firmiſſimus, natura ad curas ac ſollicitudines factus. Quid animus? nónne principis partes omnino exæquat? Princeps ſui ipſius habet arbitrium, animus itidem. Quæ quum ita ſe habeant, cuiuſnam morbo magis uel hominẽ uel ciuitatem labefactari arbitrabimur? Nónne præſtantioris morbus uniuerſitatem deterius afficit? Laborans populus ſub principe minimè firmo in ciuitate libera ægrotat: morbus etenim principis, ciuitatis ipſius penitus eſt ſeruitus. Sed compendio loquendum. Animus eſt pretioſior quàm corpus, atque adeo bonum quod à pretioſiori prouenit, eſt maius. Maiori autem bono maius opponitur malũ: ſed maius bonum animi eſt potius quàm corporis ſanitas: maius igitur malũ, animi quàm corpo-

ris eſt morbus. Corpus, *ut ſanitatem recipiat, arte eſt opus: animus ut conualeſcat, per uirtutem conſequitur.* Animi præterea morbus, *quidnã aliud quàm improbitas: corporis, quàm infortuniũ ſit?* Spõte cõmittitur *improbitas, præter uoluntatem infortunium accidit.* Ob *eâmque cauſam qui contra uolũtatem mali quidpiã patiuntur, miſericordiam: qui ſuopte prolabuntur ingenio, odium in ſe ſolent prouocare.* Sed *quorum miſeremur, eos omni præſidio adiuuamus: quos uerò odimus, probe mulctatos eſſe percupimus.* Demum *quæ ſunt digna auxilio, leuiora ſunt: deteriora uerò, quibus infligitur pœna.* Sed *ſanitatem rurſus in utroque ſpectemus.* Alteram *quidem, omnis expertem indigentiæ, alteram indigentiſſimam inueniemus.* Altera *fœlicitatem diſpenſat,*
241 *altera infortunium inuehit: altera malorum inquinationẽ penitus reſpuit, altera facilè labitur in uitiũ: huic perpetua ſanitas, illi, diurna: huic firma, illi caduca: huic immortalis, illi, mortalitati prorſus addicta.* Conſideremus *& morbos.* Corporis *morbus arte facillimè depellitur: animi morbus difficulter à lege ſanatur.* Et *corporis quidem morbus, ſi quem uehemẽter anxiũ habet, ei ſanitas maius deſiderium incutit.* Quod *uerò animũ cœperit, eum ad contemnendas leges magis quotidie indurat.* Huic *dij ſuppetias ferunt: illũ odioſè repellunt.* Aduerte *præterea. bellũ nunquam ob corporis ægritudinẽ eſt ortũ: at ex animi morbo maxima ſæpiſſime bella exarſerũt.* Nemo *unquã qui corporis morbo laboraret, aut delator effectus eſt, aut ſepulchrũ uiolauit, aut depopulat⁹ eſt agros, aut nefariũ aliquid cõſciuit.* Morb⁹ *corporis*

laborantem malè habet: Animi morbus haud ad eum ſolum quem corripuerit, ſed ad proximos quoſque miſeriam defert. Inſpice, obſecro, ſermonis habiti imaginem ex politica ſimilitudine expreſſam. Quo tempore Athenienſium ciuitas popularibus ſtabat inſtitutis, ciuium multitudine, magnitudine imperij, & opum potentia florebat: imperatoribus præterea abundabat, in qua ſcilicet Pericles ſummam haberet authoritatem: eam tum peſtis, quæ primùm ex Æthiopia progredi cœpiſſet, pòſt Perſarum regnum pertranſiſſet, inuaſit: in ea ſtationem finémque capiens, ciuitatem confecit: ídque malum concurſus multitudinis in urbem & bellum Peloponneſiacum auxerunt. Hæc quum uno tempore multis undique malis premeretur, cuius ſcilicet ager uaſtaretur, ciues contagione abſumerētur, captiuarentur homines, potentia tabeſceret, ſub infortunij mole caderet corpus, uir unus (is tum erat ciuitatis animus) Pericles ille ab ægritudine intactus, ſanitate uigens, iacentem ciuitatem excitauit, erexit, effecítque ut ad reſumendas extinctas uires reſpiraret: unus ex omnibus ciuibus qui uel peſti reſiſteret, uel bello. Nunc autem uiciſſim ſecundam imaginem conſidera. Peſtilentia abiit, populus conualuit, uires ſunt reſtitutæ: ſed partem quæ gubernaculi munus ſuſcepiſſet, morbus inuaſit, acerbus ſanè & inſaniæ proximus. Hic quoque populum cœpit, & in eandē ægritudinem uertit. Quid enim? nónne cum Cleone inſaniit populus? Num Hyperboli morbum non eſt paſſus, aut non cum Alcibiade ex-
141 *arſit? Quid deinde? Idem morbus cum ipſis populi ductoribus conſumptus, populum in eandem perniciem*

traxit, atque alium aliter perdidit: quum alius alio miſeram illam atque infœlicem, iuxta Homericum *uerſum, aduocaret,*

Huc age nympha veni, diuináque facta tuere.

Et quidem Alcibiades Siciliam *oſtendit*, Cleon Sphacteriam, *alius aliã aut terræ aut maris portionem, ueluti febribus correpto fontes ac puteos.* Hæc ſunt, *uiri nequam, ueſtra diuina opera, interitus, deſtructio, ac malorum uigor, & ægritudinis tabes.* Hoc idem *efficere poteſt animi morbus, ſi cum corporis morbo conferatur.* Langueſcat *corpus, perturbetur, corrumpatúrque: ſi quidem ab animo ualenti habeatur, facilè ægritudinem contemnat, malúmque conculcet: ut* Pherecydes *in tumulo poſitus, contemnebat quum illi corpus quidem tabes exederet, erectus tamen animus mutilis illius ſepti euerſionem auidè expectaret.* Auſim *uerò id affirmare, neque etiam præter animi uoluntatem, aduenturam corpori tabem: quaſi eum dixeris, qui, quum detinetur in carcere, uiderítque carceris putreſcere parietes ac labi, egreſſum carceris ac uinculorum liberationem præſtoletur, ut ex multis atque obſcuriſſimis tenebris, quibus interim obrutus eſſet, quandoque ſe uindicans, aerem aſpicere poſſit, ac clariſſima luce ſaturari.* An *hominem putas, qui bellè exercitatum corpus duratúmque in laboribus haberet, terreri poſſe ſi ei chlamydes attritione ſcinderentur? & non eas potius lætum abiecturum, nudúmque corpus nudo aeri, amicum amico, liberum libero oſtentaturum?* Quídnam *aliud pellẽ, oſſa, carnẽmque (quod ad animum pertinet) eſſe arbitraris, quàm diurna indumenta, quàm pannoſas, tri-*

tas uiliſſimáſque lacernas, quas ferrum facilè ſcindat, liquet ignis & ulcus depaſcatur. Optimus igitur animus in exercitationibus ac laboribus habitus, facilè illa omnia contemnit, cupítque quamprimum indumenta deponere: ut qui fortè hunc uirum laborantem corpore inſpexerit, pulchrè illud Vlyſſis in eum proferre poſſit,

Quale ſeni femur abrupto centone pateſcit.

143 *Contrà animus humilis, ſi ſit defoſſus in corpus, ut pigrum aliquod reptile latibulum adeptum, ita is corporis nidum arctiſſimè complectitur, neque unquam ab eo abduci uult, aut ipſe ſponte erepere, ſed potius cum incenſo nido unà exuritur, cum diuulſo diuellitur, & in corporis cruciatu, doloris ſe ſocium præbet, & cum clamante clamat, O pes téne abſcindam? ait Philoctetes. Abſcinde quæſo, mi homo: ne eiulato, néue amicis conuiciū dicito, ne Lemniæ terræ infeſtus eſto. O mors, Pæan. Si quidem Philoctete eo propoſito dicas, ut malum commutaturus cum malo, precationem minimè probo. Sin uerò mortem re uera Pæana eſſe arbitraris, ac uindicem inſatiabilis morbi díque bruti, optimè reris. Perge itaq; Pæana precari atque inuocare. Sed me (ut uideo) oratio ad exemplar manifeſtius appellit: quod mehercle auebam iamdudum uobis oſtendere. Erant in exercitu Græcorum multa hominum milia,*

(Ver flores quot habet, tegitur quot frōdibus æſtas)

nemóque non ualidus, non integer, non robuſtus: tantúſque hominum numerus Pergamis circunfuſus nihil toto decennio efficere potuit. non inſectator Achilles, nō permanens Aiax, non Diomedes interfector, non iacula-

tor Teucer, nō conſilio Agamemnon, non eloquio Neſtor, non uafrامentis Vlyſſes. Verùm ijs ita Deus reſpōſum dedit: O optimi ac generoſi alumni Græciæ, fruſtra laboratis, fruſtra perſequimini Troianos: incaſſum tela emittitis, incaſſum conſulitis:

Nunquam aliter magnæ capietis mœnia Troiæ,
Nec prius, accedat quàm vobis auxiliator.

Quiſnā is? ualidus ſcilicet animus, inualidum corpus, fœtidū, claudicās, feréque morbo conſumptum. Deo itaque fidem habentes, auxiliatorem hunc ex Lemno adduxerunt, cuius erat animus integer, morbidū corpus. Verùm, ſi placet, pro rei huius ſpeculatione, in robuſtam gladiatoriámque, ut ita dixerim, corporis firmitatem, animi morbum inferamus. Laboret animus morbo uoluptatis, diſſoluatur, ac tabeſcat: quod remedium aut quæ utilitas laboranti huic animo ab ipſo corpore obueniet? Sardanapalus ægrotat: nónne uides ut morbus ipſum etiā inuaſerit corpus? Flaceſcit miſer, oculiſque ipſis contabeſcit, atque impatiens morbi, in ignem
344 *ſe deijcit. AEgrotat Alcibiades: ipſum quoque ignis exurit uehemens ſanè ferúſque, rationem in inſaniā uertens, à quo undequaque rapitur, uerſatúrque, modò ex Lyceo in concionē, modò ex cōcione ad mare, ex mari in Siciliā, ex Sicilia ad Lacedæmonios, ex Lacedæmonijs ad Perſas, ex Perſis Samū, ex Samo Athenas, ex Athenis rurſus ad Helleſpontum, aut quocunque gentium. AEgrotat item Critias aſpero nimirum, uario atque incurabili morbo: uſqueadeò ut eum nec uniuerſa quidem ciuitas perferre queat. Et tamen omnibus his corpora integra erāt, atque optimè ualētia. Delicatus*

Sardanapalus, formoſus Alcibiades, robuſtus Critias. Sed horum ualetudo eſt odioſa. Langueat itaque potius Critias, ne tyrannidem inuadat: ægrotet Alcibiades, dum Athenienſes in Siciliam perditum non eat. laboret Sardanapalus, cui ſatius conſultum uideatur ſi eũ potius aduerſet ualetudo, quàm uoluptas expugnet. Denique ita cedat, ut potius abſumatur à corporis morbo, quàm perpetua ſceleris inundet illuuies. Sicut enim quæ ſolent ulcera latius ſerpere, ubi ea ſemel implicuerint corpus, anteriora deuorãt, atque integri aliquid ſemper abſumunt, contumáxque corpus in recipienda reddunt ſanitate, donec medici ars fundum ſedémque exciderit morbi: ita cuius eſt animus ſuppuratus introrſum, corroſus, putríſque, quodcunque ei proximum eſt, non deſiſtit inficere. Abſcindendæ itaque ab eo ſunt ac præcidendæ corporis uires, in quas non ſecus animaduertendum eſt atque in ſicarij manus, in petulantis oculos, in helluonis uentrem. Quamuis enim ijs morbis impoſueris iudices, carcerem carnificémque conſtitueris eorum, quotidie tamen tabes inualeſcit, manaréque & occupare ultra non deſinit, fítque improbitatis inexpugnabilis acies, ubi morbus ſemel inoleſcere cœperit, in eíſque materiam conſentientem, licentiam ſcilicet intrepidam, impudentiſſimámque audaciam inuenerit.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI.

Coſmi Paccii interpretationẽ contentus properanter (vtpote dum excuderetur) plurimis tamẽ in locis emendaſſe: ad cæteros omnes eius errores, donec valde otio abundarem, conniuere decreueram. Sed quum à calce huius libri prope abeſſemus, & meæ operæ aliquid quod paginas tres, alioqui vacuas futuras, impleret, à me poſcerent: ſeſquihoram vix tãdem grauioribus negotiis ſuffuratus, aliquot præterea locorum caſtigationi impendi: nimirum tot quot implendis paginis illis ſatis eſſe poterant. Ac ſanè plures fuiſſent, ſi plus loci illis capiendis fuiſſet, & mihi tẽpus non defuiſſet. Nam cum alios quoſdã omiſi, tum eos omnes (præter duos) in quibus illi corruptum exemplar impoſuit. quos ſi haberevoles, vide meas in Græcum authoris contextum caſtigationes. Vale.

Pag. 1. Verſu 21, Sed aliquod nihilominus deſideriũ habet aliunde ſuæ op. &c. Leuis in Græco exemplari error huic interpreti magni erroris occaſionẽ præbuit. Vide enim quàm lõgè ab authoris ſenſu diſceſſerit: qui talis eſt; Si enim Plato ne nunc quidem tantum authoritate ualet, ut in ijs quæ de Deo diſputat, fidem impetret: ſed eſt qui aliunde Platonis opinionem intelligere deſideret: nedum is qui tenui præditus ſit ingenio, hanc diſputationẽ aggredi audeat. Hæc elicietur è uerbis Græcis ſententia, ſi tantùm pro ᾗ legeris ᾖς. Et ex ijs qua ui & quibus machinis illum ſenſum eruere potuerit Paccius, non uideo.

P.5.V.2.*Quædã ignorare uelis, ut* Protagoras. Hîc *quoque leuiſſimum mendum toto, quod aiunt, cælo hũc interpretem errare fecit: nimirum prætermiſſus accentus*. Nam *quum* τι *accentu notatum non reperiſſet, putauit ſignificare quiddam: & quiddam pro quædam, (ſingularem pro plurali) eſſe accipiendum. quum* τὶ ὀξύνεσθαι *debeat, & hic ſit uerborum* Græcorũ *ſenſus*, Si*ue nullum deum eſſe, cum* Diagora: *ſiue neſcire te quis ille ſit, cum* Protagora *dixeris. Quàm certum ſit autem legendum eſſe* τι, *doceo in ijs quæ in* Græcum *librum annotaui.*

P.12.V.5.Pro *Pindarus repone* Heſiodus, *aut* Bœotus *poeta*, Græcam *ſeruans periphraſin.*

P.54.V. *ultimo*, Pro *Cuius repone* Vbi. *nam* οὗ *aduerbialiter uſurpat hîc* Maximus.

P.59. V.*ultimo*, Negotium *efficiunt quod, &c.* Non *hîc tãtùm ſed multis alijs in locis* χρῆμα, *id eſt rem, interpretatus eſt negotium*. Sic *ſæpe* ἔργον, *id eſt officium, uertit obſequiũ. de quibus ſemel admonuiſſe fuerit ſatis*

P.71.V.9.Pro Polyanactidẽ *puellam, repone* Polyanactis *filium.*

P.87.V.9.*Fruſtra enim amor exiſt. &c.* Non *intellexit uim huius aduerbij* χωλῇ, *quam qui exprimere uolet, ita potius hunc locum uertat*, Siquidem *nihil minus quàm amor fuerit, niſi fuerit pulchritudinis*. Impegit *uerò alibi in eundem lapidem: ut & pag*.1.

P.92.V.14.*Eiuſmodi pulchro etſi nonn. &c.* V*ſus eſt hîc (per imprudentiam opinor) hypallage, quæ ſentẽtiam huius loci peruertit*. Igitur *pro* Pulchro, Pulchrũ, *pro* Aut *latiſſimus amnis, aut pullulãs plãta, aut equus*

generoſus, Repone, *aut latiſſimo amni, aut pullulanti plantæ, aut equo generoſo.* Singulorum *autem uerborũ interpretationem examinare non uacat.*

P.94.V.23.*Sed tamen ſuſpicor ne conc. &c.* Ex *una periodo duas fecit hîc interpres, & ſententiam loci huius peruertit: quæ talis eſt,* Sed *uereor ne huiuſmodi modulatio uoluptatem quidem habeat quandã artificioſè tẽperatam, uerùm haud multum ad oblectandũ animũ cõferat: quippe quæ nullam ſignificationem habeat, & ratione ac uoce etiam careat.* Nã *& in eo quoque errat quòd ἄσημα ignobilia uertit.*

P.101.V.27.*De illo loquutus dicitur.* Verte *potius,* Iã *antè de illo dixerat.*

P.120.V.16.*Haud tamen ita peruagatum.* In Græcis *non eſt negatiua particula, nec eam addidiſſe oportuit.* Eſt *enim hæc loci huius ſententia,* Q*ui multum uagatus eſt, non quidem peragrans inhoſpitalem regionem, nec mare, &c.*

P.123.V.24.Vt *quiſq; ſcilicet ordine ædit⁹ fuerit.* Verte, *quis ex qua natus fuerit. nõ enim ἐξῆς ſed ἐξ ἧς legitur.*

P.135.V.10. Q*ui d enim? nônne id fateris?* Hoc loco, *ut & alijs multis, Græcã phraſin aſſequutus nõ eſt, quæ hoc ſonat,* Q*ui dni enim hoc faceret? uel,* Q*uomodo enim hoc non faceret? uel,* Q*uidni enim hoc faciat?* Illud *autem* Sanctiſſimè *cui Græco uerbo reſpõdeat nõ uideo.*

P.187.V.6.Iurãte *ling.* Non *intelligo quid hæc uerba ſibi uelint: malim* Ciceronianam *interpretationẽ reponere,* Iuraui *lingua, mentem iniuratam gero.*

P.188.V.17.Nanque *utilius longè ſacrificiũ eiuſmodi miſiſſent mort.* Repone *pro his,* Nam *maiori cum uti-*

litate mortales miſiſſent ſcitatum oraculum de hac re, quàm,&c.

P.203.V.20.*Vt quanuis ſup.&c.*Hi *duo uerſus nullo modo Græcis reſpõdent,quos ego ita interpretatus ſũ,* Hoſpitibus ſimiles peregre aduenientibus, vrbes Perluſtrant Superi,varias ſumũtque figuras.

P.206.V.*ultimo,*Nihil *uel confuſè uel ſaltuoſè peragat natura.*Ita *uerte potius,*Vt *natura non ſemel & ſtatim ab uno ad aliud tranſiliat.*

P.221.V.21.Pro *pinguibus repone mutabilibus, aut mutationi obnoxijs.*Legitur *enim* τρεπτικοῖς,*id eſt* ἀλλοιουμένοις,*non autem* θρεπτικοῖς.*quod ſi legeretur,non paſſiuam ſed actiuam ſignificationem haberet.*

P. 233. V.1. Chlamyde. Hîc *&* alibi *ſæpe* χλανίδα *interpretatur chlamydẽ:neſcio an quòd in ſuo exẽplari* χλαμύδα *ſcriptũ repererit,ubicũque in noſtro* χλανίδα*:an(quod mihi ſit ueriſimilius) quoniã nihil inter ſe hæc differre exiſtimauit.* Certè *ſi id exemplar quo uſus eſt,ita ſcriptũ habuit,mendoſum fuit: ſin* χλανίδα *in eo ſcriptum erat,ſed ipſe putauit chlamydem*Latinè *reddi debere,quantum ea in re falſus fuerit,ex illis qui de his rebus ſcripſerunt,cognoſces.*

P.248. V.15. Nõ *hominum ſtudia repellat.*Verte *potius,*Nihil *hominibus expetendum uidetur,à quo uoluptas abfuerit.*

P.249.V.10.Vniuerſa *hæc omnia.*Abundat *horum ſynonymorum alterum.* De *his hactenus.*

Errata *quædam typographica ſic corrige.* Pag.3.V. 15. *hebetudinem.*V.19. Scripſerat *fortaſſe* Pacius *concilium.* P.238.V. *ultimo, pro* Meta *fort.* Mota. P. 286.V. 9.Pro *quod repone qui.*

F I N I S.

Non son luci sì belle
Lcon quelle, in cui splendor divino
Bellissimo Lisbino
Par che ti mostri a neu cinis belle
Infausto alla tua sorte
Che struggendo se stesse i ate il mor